uilegijs abrogatis defendunt comprehendi. Asterea eosdem Locorum Ordinarios pariter contendere eosdem Religiosos intra clausura degentes in prima instantia coram ipsis conueniri debere ex decreto eiusdem Concilij Tridentini sess. 24 cap. 20 de Reformatione. Cumq; ab eodem Presidio Procuratore Generali in eadem congregatione supplicatum fuerit et super utroq responsa darent ab eadem uero congregatione fuerit responsum; neq constitutione in Generali Bullio Lugdunensi edita, qua inhibit Volentes, neq Decreto Concilij Tridentini cap. 4 sess. 7 comprehendi Regulares, ideoq eos iuxta eorum Priuilegia coram suis superioribus, et conseruatoribus esse conueniendos, nec non Decretum eiusdem Concilij Tridentini dicto capitulo 20 sess. 24 ad Regulares non pertinere nec eorum conseruatorias imminuere, nec quo ad primam illarum instantiam aliquid notii inducere, ipseq Basilius Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecerit, et pro sui ordinis quiete supradictas declarationes ab ipsem Locorum ordinarijs seruari debere apostolica authoritate precipere dignaremur. Nos illius huiusmodi supplicationibus inclinati omnibus et singulis Locorum ordinarijs in uirtute Sanctæ Obedientiæ et præsentes districte precipiendo mandamus, ne Fratres et Religiosos dicti ordinis Carmelitarum, contra dispositionem Declarationum prædictarum, perturbare et inquietare quoq modo audeant et præsumant: Irritum nihilominus et inane decernentes quidquid secus super his a quoquam quauis authoritate scienter et ignoranter contigerit attentari. Et deinde Dilecto filio Causarum Curiæ Camere apostolicæ Generali auditori, et nostro et Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Rustico per presentes committimus, et mandamus, quatenus ipse et alter eorum præsentes literas et in eis contenta quecunq ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte dictorum Religiosorum eorumue Superiorum fuerint, requisiti, solemniter publicantes eisq in premissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant authoritate nostra, illos eorundem premissorum effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quauis authoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoscunq per Censuras, et pœnas Ecclesiasticas aliaq opportuna Iuris et facti remedia, appellatione postposita compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij Secularis. non obstant. fel. recor. Bonifacij: Papæ Octaui Prædecessoris nostri de una et in Concilio Generali edita de duabus dietis dum modo ultra tres dietas aliquis authoritate presentium ad iudicium non trahat, aliisq Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisq contrarijs quibuscunq. Volumus autem ut presentium transumptis etiam in prepis manu alicuius Notarij Publici subscriptis et sigillo alicuius persone in Dignitate Ecclesiastica constitute munitis, eadem prorsus fides habeat, que eisdem presentibus haberetur si originaliter essent exhibite et ostense. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris Die 24 Augusti M. D. C VII Pontificatus nostri Anno Tertio. Sumptum ex mediata originali Breuium Seueri. rum fel. rec. Pauli Papæ 5ti collatum concordat. D. Riuerius

Actum etiam est positum ipso R. R. PP. Carmelitæ Loco & sigillo Discalceatos monasteria, et sanctimoniales domos conuentus, cenobia, et collegia ordinis predicti, ceteraq eisdem pertinentia occasione eorum separationis et liberationis a subiectione, et dependentia Prioris Generalis et Fratrum mitigatorum eiusdem ordinis a sancta memoria Clemente Papa Octauo facta, ab eodem obtinuisse etiam concessionem, communicationem et respective participationem omniam et quorumcunq Priuilegiorum, Indultorum, Immunitatum, Exemptionum, Indulgentiarum, et Gratiarum, quibus

fruebantq; et gaudebant ac fruunt et gaudent ordini fratrum Carmelitarum mitigati tam principaliter quam per communicationem concessa a felicis recordationis Papa 4to Innocentio quam ab aliis Romanis Pontificibus, cum omnibus et singulis honoribus et emolumentis etiam quo ad quartam partem funeralium, sicut alij dicti Ordines gaudent et potiuntur, Decreto irritanti et clausula quibuscunq; Pontificibus etiam sacrae Romanae sedis Cardinalibus, Sanctaq; sedis Apostolicae etiam de Latere Legatis et Nuntijs sublata aliter iudicandi prout ex literis Apostolicis eiusdem Sanctae memoriae Clementis Papae qui in forma Brevis expeditis sub Datum Romae apud Sanctum Petrum. Sub annulo Piscatoris Anno Incarnationis Dominicae 1594 Die 23 Martij transumptis, et exemplatis de mandato Sanctae memoriae Gregorij Papae 15 ac ejusdem conservatis, et comprobatis in alijs eius Apostolicis Literis in forma Brevis similiter expeditis sub Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Sub annulo Piscatoris Anno Incarnationis Dominicae 1622 die 13 Junij huiusmodi subtenore indebet: GREGORIVS 15 PP. ad futuram rei memoriam. Romanorum Pontificum debet providentia subsidio, ut ius suum unicuiq; conservent. Proinde nos tenorem quarundam literarum in forma Brevis fel. rec. CLEMENTIS Papae VIII. Praedecessoris nostri in favorem dilectorum Filiorum. Fratrum Ordinis Beatae Mariae de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, emanatarum in Secretaria nostra tunc ipsius CLEMENTIS Praedecessoris reperta de verbo ad verbum transcribi, et praesentibus annotari fecimus, prout eo quod huiusmodi tenore Dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum eiusdem Ordinis Congregationis Hispaniae sibi dirigere nobis nuper supplicari fecit, qui quidem tenor est talis et clemens Papa Quos ad Perpetuam rei memoriam. Cum dudum congregationem Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatae Mariae Virginis de monte Carmelo a Priore Generali et Fratribus mitigatorum eiusdem Ordinis Subiectione et dependentia omnino liberavimus ac nostrae sedisq; Apostolicae obedientiae, gubernio et protectori subiecerimus, et susceperimus: praedictisque Fratribus Discalceatis Praepositum Generalem ex seipsis, ac sub Professionis Regulari Constituta eos gubernet et regat, et proterva eorum labores laborum suorum fructus ex concionibus suis praedicationibus, lectionibus, studijs, exhortationibus, et alijs pene innumeris pietatis operibus quae pro salute animarum assidue praestant Ecclesia colligat et uberiores quotidie colligere speret ut pote qui iam ad Indos usq; sint non modice propagati ibiq; et ubilibet hominum corda hominum ad Deum omni studio conantes mitant: et quia Praedictos Discalceatos a mitigatis separavimus: dubitari posset, an gratiae ac Privilegia ipsis Carmelitis mitigatis tam principaliter quam per communicationem concessa, ea etiam Discalceatis competant: Propterea nos ad tollendam omnem praedictam ambiguitatem Praedictorum Fratrum Discalceatorum Praepositum Generalem eiusq; Fratres sibi subiectos omnes et eorum quemlibet, a quibuscunq; excommunicationis, Suspensionis et Interdicti aliisq; Ecclesiasticis Sententijs Censuris et poenis a Jure vel ab homine quacunq; occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes necnon quarumcunq; Privilegiorum Indultorum, exemptionum, et Immunitatum mitigatis Fratribus conceperorum tenores praesentibus pro ex prepsis habentes. Volentes eosdem Fratres Discalceatos suum Ordinem Specialibus favoribus et gratijs prosequi, et a dilecto filio nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Dominico titulo Sancti Chrisogoni Pinelli, eiusdem Ordinis Protectore, plene informati, et ad eius instantiam ac certa nostra Scientia, deque Apostolicae Potestatis plenitudine, praedictum Ordinem Discalceatorum, qui unus est de quatuor Mendicantium, eiusq; Praepositum Generalem, suosq; Fratres omnes, et singulos,

ac moniales, Domos, Conuentus, cenobia, collegia tam virorum quam mulierum, ceteraq; eisdem pertinentia respective Priuilegijs, Indultis, Immunitatibus, Exemptionibus, Indulgentijs, et gratijs, quibus fruuntur, et gaudent ceteri Carmelitæ mitigati, tam principaliter quam per commendationem concessis tam a dicto Papa 4to et Clemente 7mo quam ab alijs Romanis Pontificibus Predecessoribus nostris quibuscunq; uti, potiri, et gaudere debere declaramus. Et non predicta, et omnia uidelicet Priuilegia, Indulta, Immunitates, Exemptiones, Indulgentias, et gratias, et alia quæcunq; dicti et aliorum ordinum etiam Mendicantium Fratribus Personis et Locis confraternitatibus et alijs pijs locis, et alias quomodolibet prefatis ordinibus, Domibus, et eorum Locis concessa, et concedenda (dum modo Sacrosancto Concilio Tridentino Regulæ Cancellariæ et eorum Constitutionibus non aduersentur) predictis Fratribus Discalceatis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo, Domibus et eorum Locis, eadem omnino similiq; modo comparere uere et proprie, acsi eisdem specialiter concessa essent, præsentibusq; pro expressis ac de uerbo ad uerbum inserendis haberi uolentes decernimus, et statuimus, et si opus est, eadem nunc concedimus et impartimur, etiam quo ad Quartam Funeralium, sicut alij prefati Ordines gaudent et potiuntur. Districtius inhibentes omnibus, et singulis Personis in litteris predictis siue nominatis, sub eisdem pœnis incurrendis, sub quibus idem Dñus Predecessor noster inhibet ne predictis eorum Priuilegijs contrauenientes prefatis Fratribus Discalceatis, eorumq; Domibus aut Locis, uim, molestiam inferant. Et nihilominus Dominico Cardinali Pinello nuncupato dicti Ordinis Discalceatorum Protectori, et qui pro tempore erit, et cuilibet in dignitate Ecclesiastica constituto, Archiepiscopali, et alterius Cathedralis Canonico, pluribus et singulis in solidum, prout casus necessitas exegerit, per uniuersum orbem, eadem concedimus authoritatem, et committimus facultatem pro conseruandis predicti Ordinis Discalceatorum Priuilegijs, Indultis, Immunitatibus, Gratijs, Indulgentijs, et alijs concessis et concedendis, quam Predictus N. Dñus Predecessor noster, et alij Romani Pontifices eisdem Personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis, aut Canonico pro conseruandis Priuilegijs tam Uniuerso Ordini Carmelitarum, concessis, concesserunt et impartiti sunt. Quæ omnia et singula hic pro expressis haberi statuimus. Decernentes præsentes Litteras nullo unquam tempore, sub ullis similium et dissimilium gratiarum reuocationibus, alternationibus, limitationibus, abrogationibus aut alijs contrarijs dispositionibus a nobis, et quibuscunq; Romanis Pontificibus et dicta Sede nunc et pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis exemptas et quoties illæ emanabunt toties in pristinum et eum in quo ante præmissa erant statum restitutas et de nouo etiam sub posteriori data, per pro tempore existentem Præpositum Generalem prædicti Ordinis Discalceatorum huiusmodi eligenda, concessas esse et fore: dicq; et quibuscunq; Iudices et Commissarios quauis Authoritate fungentes etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem dictæq; Sedis etiam de Latere Legatos, et Nuntios, et Causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis et eorum cuilibet quauis alia iudicandi et interpretandi facultate et authoritate, ubiq; et in quauis instantia interpretari, iudicari, ac definiri debere. Irritum quoq; et inane si secus super his a quoquam quauis authoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari. Ceterum Venerabilibus Fratribus Uniuersis Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis, ac Dilectis Filijs

eorum Vicarijs in Spiritualibus Generalibus et causarum curia Camere Apostolice Generali auditori, necnon abbatibus Prioribus Prepositis Decanis Archidiaconis Canonicis Capitulis et alijs ad quos & quomodolibet spectat et pertinebit ac spectabit et pertinebit per presentes mandamus quatenus ipse & quilibet eorum per se & alium seu alios fruant auctoritate nostra presentes literas et in eis contenta quecunq; ab omnibus ad quos spectat et pertinet putat, inviolabiliter observari dictosq; Fratres Discalceatos illis omnibus et singulis pacifice frui et gaudere. non permittentes eos desuper a quoquam quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet et Rebelles et pertinaces non parentes per sententias censuras et penas Ecclesiasticas aliaq; iuris et facti remedia, appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij Secularis. Non obstantibus premissis quibuscunq; Apostolicis ac dicti Ordinis iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, Privilegijs quoq; Indultis et Literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus necnon omnibus illis quibus dicti Prodecessores in suis literis predictis voluerunt non obstare contravijs quibuscunq; aut si aliquibus communiter & divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici Suspendi & excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod presentium transumptis manu alicuius Notarij Publici subscriptis et sigillo dicti Ordinis Discalceatorum seu alicuius Persone in Dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides in Judicio et extra adhibeatur que ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibite & ostense. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23 Martij 1594 Pontificatus Nostri anno Tertio. Ceterum ut earundem literarum tenor de verbo inseritus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat Apostolica auctoritate decernimus ut illud idem robur eandemq; vim et eundem vigorem dictus tenor in omnibus et per omnia habeat quem haberent originales literis predictis ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocunq; et ubicunq; sive in Judicio sive alibi fuerint ostense ac illi pariter stetur sicut eisdem literis originalibus staretur si fuerint exhibite & ostense. Horum autem nullum eius cuiquam de novo acquiri volumus sed antiquum tantummodo conservari. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris Die 23 Julij M. D. C. XXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Sumptum ex minuta originali Brevium Secretorum fel. record. Gregorij Papæ 13 collatum concordat

J. Oliverius Loco + sigilli.

Preterea expositum fuit pro parte Fratrum Ordinis Sanctæ Mariæ de Carmelitarum Discalceatorum conventus Cenobia Collegia Monasteria et Sanctimoniales Instantes tam virtute predictorum Privilegiorum Apostolicorum quam aliorum quorumcunq; ipsis eorum Religioni ac Fratribus mitigatis quomodolibet et quocunq; modo et qualitercunq; concessorum licet hic non expressorum, quibus ipsi et eorum immunes et exemptos a quacunq; Jurisdictione Ordinaria earum Provincia Polonie et magni Ducatus Lithuanie et tantummodo subjacere et subjicere in omnibus et quibuscunq; eorum causis tam activis quam passivis mere et mixte motis et movendis Nuncio sedis Apostolice jurisdictioni ac illius Judicio conservatoriali

per eos pro tempore eligendi prout de facto elegisse. et eligere in huiusmodi Iudicem Illustrissimum et Reuerendissimum Dominum, pro Sanctissimo Domino Nostro Papa Sanctaq Sede Apostolica Cursium, in Regno et Prouincijs Poloniæ, et magni Ducatus Lithuaniæ presentem, et pro tempore commorantem, in cuius Iuris nominandi. et eligendi Iudicem prefatum quieta et pacifica possessione semper in preteritum, et ad presens reperiri, et esse, prout et precepit causa et causarum huiusmodi suis loco, et tempore iustificabilis, et uerificabilis facta inspexerit Notarij. Ac licet et alterius huiusmodi amplissimis Priuilegijs Apostolicis, nequeant super premissis ab illo in partibus molestari. uexari, perturbari, inquietari, et impediri, ac in iudicium trahi, uocari et conueniri nihilominus nonnulli nonnulli Reuerendissimos Archiepiscopos, et Episcopos Regni Poloniæ et magni Ducatus Lithuaniæ. ex aduerso Principales nonnullosq alios in executione presentium nominat. et cognominat. qui presentis quo minus Iure diuq quauis ratione suffulti iactarunt et iactant, diuersimode uelle contendere Instantibus Priuilegia prefata, et Religiosos etiam intra Claustra degentes, in causis ciuilibus, et in prima Instantia coram ipsis, in iudicium trahere, uocare, et conuenire, et sic indebite molestare, uexare perturbare, inquietare, et impedire, contra formam seriem et tenorem premissorum ac aliorum Priuilegiorum Apostolicorum et in graue damnum, et prediudicium dictorum Instantium, qui eorum indemnitati consulendo ac capientes predictas Literas in forma Breuis desuper expeditas, ac alia quæcunq Priuilegia Apostolica ad eorum fauorem desuper concessa et impartita, ab omnibus quorum interest obseruari, attendi adimpleri debitq plenarie et omnimode executioni demandari, et in possessione predicta manu teneri, defendi, et conseruari. Vnde ad nos tanquam Vniuersalem et merum Executorem Decretorum Sacrarum Congregationum et Priuilegiorum, et Literarum Apostolicarum recursum habuerunt, quatenus super premissis de aliquo opportuno Iuris remedio prouidere uelle dignaremur.

Nos igitur CAROLVS CARDI. Vicegerens et Auditor Rotæ prefatus, attendens petitionem huiusmodi fore et esse iustam, rationiq consonam, cui iusta petenti non sit denegandus assensus: Vobis omnibus, et singulis supradictis ac uestrum cuilibet in solidum tenore presentium committimus, et in Virtute Sanctæ Obedientiæ strictè precipiendo mandamus quatenus statim uisis seu receptis presentibus. et postquam presentium uigore fueritis requisiti seu alter uestrum requisitus fuerit ex parte nostra, ipsa uestra Apostolica authoritate prefatas Literas Apostolicas ac alia quæcunq Priuilegia data per expressa, omniaq, et singula in eis contenta Reuerendissimis Dominis Archiepiscopis et Episcopis Prouinciæ Poloniæ, et magni Ducatus Lithuaniæ, omnibus aliis in executione presentium nominat. et cognominat. intimetis notificetis et ad eorum notitiam deducatis et succesiue eosdem MONITORIJS, et requisitis ac moneri et requiri faciatis prout nos per presentes monemus et requirimus, quatenus infra sex dierum spatium quorum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio, ultimo et peremptorio termino monitionis canonica Nos assignamus, et nos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri: in auro Reuerendæ Cameræ Apostolicæ applicandi: et pro illis mandati executiui, et in Iuris subsidium, suspensionis a diuinis, Interdicti ab ingressu Ecclesiæ excommunicationis aliisq censuris et pœnis etiam arbitrio nostro infligendis, debeant et quilibet ipsorum debeat prefatas Literas Apostolicas Sanctæ memoriæ PAVLI Papæ Quinti confirmatorias, et approbatorias Decretorum et declarationum Sacri Concilij Tridentini tenor Sanctæ memoriæ Clementis Papæ Octaui, Gregorijq ac alia quæcunq Priuilegia Religioni prefatæ ac fratribus mitigatis, quomodolibet concessa et elargita, omniaq et

singula in eis contenta et expressa, etiam quo ad dictam Quartam partem Funerallium prout alij prædicti ordines fruuntur, et gaudent ad unguem ac in omnibus et per omnia inviolabiliter observare, attendere, adimplere, debitoq; plenarie et omnimodo executioni demandare, suosq; plenarios effectus sortiri facere, et pro effectu observationis, et executionis huiusmodi, supradictos Instantes, in suprædicta eorum quieta, et pacifica possessione, seu quasi suos nominandi, et eligendi eorum Judicem Conservatorialem, pro cognitione quarumcunq; eorum causarum manutenere, defendere, et conservare, dictamq; electionem factam in personam dilecti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Regnij præsentis et pro tempore pro Sanctissimo Domino Nostro Papa, et Sancta Sede Apostolica in dictis Regnis Poloniæ et magni Ducatus Lithuaniæ existent. confirmare, et approbare, ipsosq; Instantes communes, et exemptos a quacunq; Jurisdictione Ordinariorum Sed solum modo nostræ et Sanctæ Sedis Apostolicæ, ac prædicti Judicis Conservatorialis præsentis et pro tempore existentis Jurisdictioni subjectos fore, declarare, nec non ab omnibus, et quibuscunq; molestijs vexationibus perturbationibus, et impedimentis quomodolibet et quibuscunq; in contra illatis dictis, factis, et præmissis seu eorum aliquo, et in præjudicium eorumdem in futurum penitus et omnino cessare. desistere, et desse abstinere, nullumq; damnum seu molestiam deinceps de cætero inferre, aut inferri, aut omnimodo executioni demandari, manutenere, defendi et conservari, confirmari et approbari, declarari, eosque deputari et esse abstinere facere et in præmissis sententiam, mandatum de exequendo manutenendo Literas declaratorias, Cedulones, et alia quæcunq; decreta necessaria, et opportuna per Nos fieri, promulgari, decerni, concedi, et exhiberi indigere expensas, damna, et interesse præmissorum causa, et occasione quomodolibet pertinentes papa, et in futurum forsan patienda refacere, et præsentibus omnino parere. Omne Jus et Officium Judicis implorantes: et deducentes finem fore litem. Sed et omni &c. Et quia die monitorij, et monendo per in præmissis defectum fore graviter senserint modo, et forma, præmissis per nostros citatores citatis, et mandatis prout Nos eosdem et præsentes citamus, citariq; volumus, et mandamus quatenus sexagesima die ab executione præsentium computanda si dicta ipsa Jurisdicta fuerit alioquin die prima Jurisdicta extunc proxime immediate sequenti legitime compareant Romæ in Judicio coram Nobis in Sede et præfatos Actores idoneos et sufficienter instructos causam eorum potentes gratiarum allegaturi aliaq; dicturi et facturi prout Justitia suadebit et eorum dictum fuerit vationis. Certificantes eosdem die monitos, et citatos quod si indicto termino non comparuerint diue non comparere curaverint nos nihilominus ad præmissa et alia gravibus Juris et facti remedia debite procedemus justitia mediante, dictorum citatorum contumacia, et absentia, in aliquo non obstantibus. Et insuper Mandamus, et inhibendo expresse præcipiendo, et mandando omnibus et singulis Dominis Judicibus de partibus tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus quacunq; auctoritate et dignitate fungentibus et functuris necnon dictis Reverendissimis Dominis Archiepiscopis et Episcopis Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ et eorum Vicariis Officialibus, omnibusq; et singulis aliis in executione præsentium nominandis et cognominandis ne sub iam dictis Ecclesiasticis Sententijs Censuris, et pœnis audeant seu præsumant, aut ipsorum aliquis audeat aut præsumat supradictos Instantes præmissorum causa et occasione ac contra formam et tenorem præfatarum Literarum Apostolicarum et aliorum Privilegiorum Apostolicorum, super Jure eligendi eorum Judicem Conservatorialem pro cognitione quarumcunq; eorum causarum, ac exemptione a Jurisdictione Ordinariorum, molestare, vexare, perturbare, inquietare et impedire ac in Judicium trahere, vocare et convenire nec aliud quidquam in litis pendentia hujusmodi Jurisdictionis Nostræ, imo contra Sanctæ Sedis Apostolicæ spretum, et vilipendium, ipsorum Instantium damnum, et prædictum attentare seu innovare et molestari, vexari, perturbari, inquietari, et impediri, ac in Judicium trahi, vocari,

conuenire, attentari, seu innouari facere, quouis sub pretextu causa, ingenio c
qudsito colore. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocabimus, et in pristinum
statum reduci curabimus. Absolutionem uero premissorum, nobis et Superiori Nro
tantummodo reseruamus. Taliter &c. In quorum fidem &c. Datum Rome
ex Innocentiana Curia Anno a Natiuitate Domini Nostri Jesu Xpi Millesimo
Septingentesimo Undecimo. Indictione Quinta. Die uero Vigesima Tertia
mensis Februarij. Quod Sanctissimi in Christo Patris, et Domini
Nostri Domini Clementis Pp. XI. diuina prouidentia Papae eius Anno
decimo. Predicta uero Literae fidei recepit. Paulus Papae Vti et Gabriel
Papae Xti earum respective sumptis, reuisis concordant.

G. B. Rigatti. Offr Dep.

Locus ✝ Sigilli.

Carolus Vigilius et Prothon.

Andreas Gabriellius Cur. Cau. Camer. Apcus. Not.

Exped. fol. Monitorium cum inclus. Supendos: et exone literarum Apostolicarum ac man. exempt: F. D.

Pro cuius quidem documenti ingrossationem factam, petiit supra scriptus R.
D. Athanasius Copiam ipsius per extractum dari, ipsumq Originale Roma-
num sibi restitui et consignari postq illud recepit et de recepto Rotulariam prd.
Curiam quietauit, quietatq prdictis omnibus.

Stephanus Skwarczynski Vicecancellarius.

Ex Protocollo Actorum Nuntiaturae Apostolicae extracti. et sigillo Illustrissimi
ac Reuerendissimi Domini, Domini Benedicti Odescalci Archiepiscopi Seba-
stenensis et Nuncij Apostolici in Regno Poloniae ~~[illegible]~~ communiti.

Locus ✝ Sigilli.

Stephanus Skwarczynski Publicus Sa-
cra Authoritate Apostolica Notarius et
Actorum Curiae Nuntiaturae Apostolicae supra-
dictae Vicecancellarius.

Anno 1720 Sub felici Regimine Guardianatus Adm Rndi Patris Magistri Petri Ostrzeynskii construct[a]um est Opus Organorum Expensis piarum Legationum pro hac Ecclesia S. Antonij Patavini applicatarum.

Eodem vero 1721 Majus Altare S. Antonij capit deaurari.

Anno Dni 1718. Post Capitulum Provinciale primis Diebus Julij Calissij celebratum, in quo fuit electus in Ministrum Provincialem A. R. P. M. Josephus Biernacki Regens Studij Posnaniensis, in Guardianum verò hujus Conventus Posnaniensis A. R. P. M. Petrus Ostrzeynski Regens Cracoviensis. Primo ingressu in Conventum invenit tecta Conventus desolata præsertim Domum Laurentanam laceram, unde Œconomiam suam cœpit à Domo Dei quam paucis post diebus tegulis ligneis tegi curavit; tecta quoq; Conventus resarcivit; medietatem Capellæ B. V. Mariæ Miraculosæ pavimento marmoreo stravit. Argenteriam totius Ecclesiæ ut Candelabra, Cruces, Calices, Monstratorium, tabellas argenteas, Antipendium Argenteum Veteris S. Antonij ac B. V. Mariæ &c. Quæ sub tempus hostilitatis Cosacorum, Saxonum, Moscovitarum Palmatorum, diversis in locis, cum clenodijs transferebatur & abscondebatur ad ultimum in hac Ecclesia, in loco securo & decenti absconditam, ex commissione Venerandi Definitorij & A. R. P. Ministri Provincialis effodit, cum assistentia Patrum Conventus; ~~per~~ deinde multum consumptam reparari & perpoliri curavit. Laminas circa Imaginem in Stella & Rosa, atq; à lateribus ex fragmentis argenti in modum Sculpturæ fieri fecit. Anno verò sequenti Officij sui constructum est opus Organi Majoris, cujus Magister erat D. Joannes Piotrowicz Civis & Incola Trebnicensis quod cum omnibus expensis constat ad tria Millia Flynorum; primam vocem prætatum Organum edidit in festo Visitationis B. V. M. Eodq Anno fundamenta Ecclesiæ, quæ non in debita profunditate posita erant, & ob quorum malam stabilimentum Ecclesia rumpebatur, circumcirca in Sepulchro majori, arcubus firmata & reparata sunt, constantq; Mille et ducentis Flynorum. Eodem itidem Anno Turricula à parte dextra Ecclesiæ quæ vepriat situatis forum, industria Fris Adami Swach Pictoris excellentis, erecta, ac Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Primo Cupula ejus laminis æreis cooperta

tandem Anno tertio guberny Altaris Majoris Pars Superior usq; ad Cornicem Imaginis S. Antonij depicta est, et partim deaurata in modum Marcipani; duo quoq; lebetes magni Aenei pro braxanda Cerevisia comparati sunt, unus pro braxatorio Pagrowiensi, alter pro Conventu. q. Tertius tanq lebes minor pro coquendis lupulis, ut major haberet ab igne respectum emptus fuit. Nomina specificantur hic boves ac Vacca quae dicter S. P. M. Guardianus in maxima temporum carisha (: dum hic Posnaniae, unus modius Tritici Quadraginta Florenis, Siliginis verò triginta florenis Polonicis vendebatur pro Villa Pagrowo comparavit Quile quoq; insigniter auxit. Haec ideò notata hic sunt ut posteritati innotescant [redacted].

CLEMENS PP XIII

Universis Xti fidelibus praes literas inspecturis salutem et Aptam Ben. Ad augendam fidelium religionem, et animarum Stim. caelestibus Ecclesiae Thesaurus pia charitate intenti Omnibus et singulis, vere poeniten, et confessis ac sacra communione refectis, qui expositionem Ssmi Sacramti deliberatè Ordinarij in Ecclesia sub invocatione Sancti Antonij Frum Ord. Min. Conv. S. Francisci Conventualium nuncupatorum Civitatis Posanien singulis primis feriis tertiis cuiuslibet Mensis faciendae per aliquod temporis spatium faciendae devote interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, Haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quâ primâ feriâ tertiâ praedictarum id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem Xti fidelibus vere pariter poenitentibus, et confessis ac sacra communione refectis qui expositionem Ssmi in dictâ Ecclesiâ in reliquis feriis tertiis totius anni ut supra interfuerint et oraverint, qua feria tertia praedictarum id egerint septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliis quomodolibet debitis poenitentiis in formâ Ecclesiae consuetâ relaxamus. Quas omnes indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes suptas etiam animabus Xti fidelium, quae Deo in charitate consunctae ab hac luce migrarunt per modum suffragij applicare possint indulgemus. Invocationum facien non obstantibus quibuscunque. Intibus ad Decennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione praesentium, admissione seu publicatione praedictarum aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur nullae sint. Dat Romae apud S. Clarianum sub Annulo Piscatoris die 17 Novembr. Anno 1759 Pontificatus Anno Decimo.

Gratis pro Deo et Pro Dno Cardl Lascaris Caietanus Camerarius.

Licentia Ordinarij pro recepta summa ex Bulla florenorum 200 convertendi in necessitates Conventus ex ordinatione S. Congregationis ut litterae sonant Romanae

Josephus Comes de Wessno Pawłowski S.T.D. in Eccl.
sia Cathedrali Posn. Archidiac. Vicar. in Spirtlg et Offi
cialis Gritis Posn.

Universis et singulis quorum interest interesse aut quomodolibet in
teresse poterunt Praesentibus Significamus Quia Nos ossas et lectos in
procontentas. literas. Bullicas iuxta ordinem et robur et obligata earum
pro consequendis Indulgentijs Qualibet feria 2da. cuius
libet Mensis inchoative emanatis admissimis publicari easque
coram populo ad Divina celebranda Congregato facultatem de
mus et concessimus Inquorum fidem Datum in Cancellaria Con
Posn. Die 23 Junij 1740

Joannes Xaver Lipski Can. Cathed.
Posn. Judex Surrogatus.

P. Miller exhavi ego
Fr Andreas Wł. Dobrowski Adm

Josephus Comes de Wessno Pawłowski
STD in Ecclesia Cathedrali Archidiacong
Receviensis Vicarij in Spirtlibg et Officialis Gritis
Posn

Universis et singulis quorum interest aut quomodolibet inter
esse poterit. Significamus Quia Nos annuendo petitioni Resolu
et Idem Idem in Choro Pro Guardiani Regentis totiusq Conventus
Posnan Ordis S. Francisci Minorum Conventualium. Eidem Summam
Ducentorum Florenorum Polon ex Fundo certo Ducovien in unum con
tractus. empti et venditi levatam et receptam. in rem et necessitatem
praefati Conventus. convertendi Authoritate Ordinaria qua. hac in
parte fungimur. facultatem dedimus et concessimus prout damus
et concedimus. per Praes. Inquorum fidem. Datum in Cancellaria
Consij Gritis Posnanien Die 23 Junij Anno Dni 1740.

Josephus de Wessno Pawłowski
STD Archid Receven Officialis
Gritis Posnan

(L S)

Michael Antonius Adamowski
Apticus et Consistorij Gritis Posn
Actuarius Notarius

Fidelis exhavi ego Fr Andreas
Wł. Dobrowski Secr Conventus mpp

CLEMENS PP

Papa XII

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum Salutem. celestibus Ecclesiæ Thesaurus pia charitate intenti omnibus utriusq; sexus Christi fidelibus. vere pœnitentibq. et confessis ac Sacra Communione refectis, qui expositionj Sanctissimi Sacramenti de licentia Ordinariorum locorum in quacunq; Ecclesia Fratrum Ordinis Minor. S. Francisci Conventualium. nuncupatorum. Provinciæ Poloniæ. in nouem. feriis tertijs post Paschæ Resurrectionis Dominicæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et pro Christianorum Principum concordia. Hæresum extirpatione. ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint. Plenariam. in una ex tertijs feriis. huiusmodi per unumquemq; Christi fidelem ad sui libitum eligenda omnium peccatorum suorum. Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. in qualibet vero ex reliquis debitis pœnitentijs octo tertijs feriis predictis Septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, quas quidem indulgentias. et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes. suppradictas etiam animabus. Christi fidelium, quæ Deo in charitate coniuncte ab hac luce migraverint. per modum suffragij applicari posse Indulgemus. In contrarium. facientes non obstantibus quibuscunq; Volumus autem ut si pro impetratione, presentatione, admissione seu publicatione presentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, presentes nulle sint, utque presentium literarum. transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides. adhibeatur, quæ. adhiberetur. eisdem presentibus si forent exhibita vel ostensa. Presentibus. ad decennium tantum valituris. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die xxvii Januarij.

F. Cardinalis Passioneus

(L.S.)

Josephus Comes de Verbno Sawlowski S.T.D. in Secta Cath. Archidiaconus Pscovensis, Vicarius in Spualibus et Episcopalis Orlowsk.

Universis et singulis quos interest. interèrit aut quomodolibet interesse potuerit. Significamus. Quia nos visis et lectis intra contentis literis Apostolicis cuiusq; Eccles. Collegiat. et Cathedr. Ordinis in Ordine S.P. Ordinis S. Francisci Conventualis universas juxta earundem vim robur et effectum admisimus publicandi aliquo. Requisito vel Festo coram Populo Datis in Cancellaria Consist. Posnan. Die 20 Maij Anno Dni 1727.

Josephus de Verbno Sawlowski
S.T.D. Archid. Pscoven. et Officialis Orlow.
Rect. m.p.

Fidelitor extraxi. Ego Fr. Andreas Sawlowski S.C. m.p.

Introductio Religiarum SS. Martyr. 13 Junij 1746

Qui gloriosus est in Sanctis Suis, in quibus placet cultus Sanctorum, ante cujus conspectum pretiosa mors Sanctorum Ejus. Cum igitur Serenissimus & Potentissimus Dominus Dominus Ludovicus Michael Regis Christianissimi Regis nostri vere Christiani et ad praesens Comitis Gnaty Principis Romae feliciter redux ad Sortunam Poloniae Regni Prodromi et principatus Ortus Posnaniae hinc obtenta a Sanctissimo Dno Papa Benedicto XIV contulerit Clenodia nempe Religuias Sanctorum Dei Franciscj, Antonij, Bonaventurae, Clarae, Ligni Vitae, Crucis Casp. ad M. D. S. et cultus SS. promovendi primis recognitionis Officij Ordinarij Loci autenticas poterit deinde recognitas Anno 1749 die 13 Junij ipso die Festi S. Antonij Patavini Solenniter ex Ecclesia Soc: Jesu: ad nostram introducti curarit. Adfuerunt Solennissimae introductioni Illustris et Reverendissimus Praelati, et primo loco praesidebat introducturus Pontificaliter Illustrissimus et Reverendissimus D. Josephus de Dzierzki Dei Gratia Episcopus Bobiensis Suffraganeus Posnan. Deinde loco Illustrissimus Dominus Abbas Obrensis Pontificaliter. Item loco Illustrissimi Floriani Pontificaliter Coadjutor Landen. Deinde vero bona introducebant religiosi Illustrissimi Canonici Praelati Cathedr. Posnan sub assistentia Omnium Parochiarum Posnan et Collegiatarum Solertissimi in suo apparatu. Adfuerunt Ordines SS. Dominicanorum Carmelitarum et Noster omnes cum vexillis exceptis SS. Bernardinis: Item totus Magistratus Posnan cum Candelis similiter omnia Contubernia et ordines. Item Omnes Scholae Soc: J. cum Vexillis, Tympanis et Tubis. Tantus affuit Copia populi variij Status, et Conditionis nobilium Multitudo quam Ecclesia capere non valuit. Ad hanc introductionem fuerunt extructae Perticae tres, una Concamerata respiciens tam Ecclesiam Soc: J. quam etiam Civitatem et haec fuit Circulariter, in cujus superficie in amplissimo spatio erat S. Antonius, super vero superficiem fuerunt ornatissimae duae Imagines una respiciens Partem Civitatis, altera faciem Ecclesiae Soc: J. 2da. Porta fuit in Statua eundo ad Ecclesiam nostram quae respiciebat Civitatem, inter duas Lapideas posita, in tanta altitudine quam ipsae Lapideae cum suis tectis. Post hanc Portam Stabant Statuae altitudinis 12 Columnae 6 ex una 6 ex altera pte. Omnes cum Imaginibus SS. quorum Religiae introducebantur. Post has Columnas stabat immediate per Arcum juncta tertia Porta quae erat posita ad Ecclesiam nostram. Facta hac Solemni introductione R. P. Joannes Venceslaus Jonarski ut Promotor destinatus introductionis de manibus Illustrissimi Praelati Religuias introducentis recepit et in ornatissimis tribus altaribus exposuit. Deinde vero cum Segmate in quo erant Religiae ex Mappa versorum SS. Martyrum in studio Cellae super Mensam loicavit. Mox post hanc Illustrissimus et Illustrissimus Primus introducens Supra specificatus Pontificaliter Summam Celebravit Concionante Panegyri Illustrissimo D. Laurentio Surinarskij Canonico et Custode Cathedrali a mane post meridiem Canonico Pertitz Drachowski Canonico Collegiatae S. M. Magdalenae. Hac die introductiones aliae in septimana subalternis. Sabbatho Illustrissimus Graszewski D. S. Theol. et simul Rgi. S. humanioris Illustrissimum Solennisavit et Omnes introductores totam Octavam cathedralem pie ac opulentissime haurgavit. In Octava Concluxit devotionem Reverendissimus Panegyri Illustrissimus Praelatus Canonicus Judex Subrogatus Officij Consistorialis Posnan. Religuiae introductae Acti fidelibus

ad osculum tabantur. In die introductionis reliqua hic notentur Anno
Serenitas qud per Septimanam et prædie introductionis non dabat Do
qd factum tempore jeiunationis tormentum in decem partes denini
rohuerit cui terræ de hunc casum aderant trecenti homines. Ethe
ra Eduardt ad M D G.

Connotatum fideliter per Panicium Brzyskowskii Secretarium

Cali terraq; Dominus, in cujus manibus sortes nostræ, postquam tot casibus, Fortunam nostram eripuit, inimico gravamine oppressam, periculis agitatam, ac trino transmigrationis conatu miraculis in Monticello suffultam, tandem ad Thaumaturgas aras gloriosam; non modo operibus manuum, verùm et sequacibus Francisci Filijs in hoc Conventu dexterâ suâ benedicere dignatus est. Posens enim de lapidibus suscitare Filios Israel, Natos pro Patribus, pro Antesignanis insignes semper huic loco providit Viros; qui Illius ac Matris gloriam, Religionis honorem, devotionis ac officiosæ pietatis promotionem, usq; ad victimas custodirent. Videbatur quidem imperfectum opus, quod liberaliori sæculo, numerosiori Benefactorum dexterâ, captum est: Sepeliri credebatur miserâ varietate temporum, antiquæ desertitatis monumentum; quia Superstites Patronos, viva quondam Provinciæ oracula, in Successoribus mirari non potuit: ast gratiâ Superum permissum est, è cineribus animari Phœnices, orbatosq; Patribus Filios, in die Paupertatis crescere. Mirabatur quondam Religio Virum centum annis pariendum, Hic Monticellus suum Fundatorem Albertum Zawadium; cujus acta et merita in antecedentibus adverte prudens Lector. Tangebat Insulas in suis Moderatoribus Provincia, accrescentis hujus Conventus Patribus laureatis: verùm his mortalitati subjacentibus, et jam sepulchrali lapide consignatis, erectum hodie sortitur Caput, virtute consimili, zelo pari, gratiâ apud Deum et homines excellenti, totâ animâ in bonum Posnensis Monticuli spirans et vigilans. Ignoras Virum? Ille est Eximius Pater Mgr Ludovicus Miske, qui perfectissimo labore Professorali, in Philosophicis Theologicisq; Cathedris, solitò plus persulito, postquam Corpori Patrum Provinciæ ultraquàm dignè incorporari meruit, Quinquennio Romæ Reverendissimi Assistens æstimatissimus, tum Generalis Definitor ac tandem Provinciæ Lithuaniæ Visitator Eximius, Redux ad propria felicissimus voto unanimi, Cracoviæ 8tâ Septembris Anni 1742. electus Minister Provincialis. Inchoato suavi gubernio, manum primò misit ad fortia, lapidemq; movit in perficiendo Conventu, jam antè de eo optimè meritus: quirimo ordinatissimâ dispositione, perfectione dexterrimâ coronatus ea, quæ ad complementum antiqui laboris deerant, capit a fundamentis: quæ Anno Dñi 1743. Die 27. Maj, reflorescere visa sunt. Et quoniam in dies crescere videntur Paternâ sollicitudine, activitate et ope Promotoris sui faventissimi, ut ejus Vitam viresq; Dominus adaugeat ad Annos Nestorios, cujus famam, virtutem, et gloriam, etiam ipsi loquentur parietes, pro fundamento votum fovit à Corde æstimatissimus

Secretarius Cntûs Fr. Paulinus Janouski
Philosophiæ Lector. mp.

Decretum Rmi P. Mtri Gnalis cassitivum ac totaliter annihilativum Processus a P.M. Pancratio Kalitowicz formati.

P.os Fr. Dominicus Andreas Rossi de Pisauro Mtr: et Sac Theol Doctor ac Totius Ordis Min: S. Francisci Conventu: post eundem Scrap. Patriarchæ Minister Generalis LXXXVIII

Cum ad manus nostras pervenerit Transumptum Processus formati a P.M. Pancratio Kalitowicz Proc Polonike Nostri Ordis, Mtro Provali et Commiss. Gnali contra P.M. Theophilum Piorowicz ejusdem Proc Diffinitorem perpetuum et Conventum Posnaniensem Guardianum super per plura pretensa delicta in Guardianatus munere ab eo, ut asserit patrato: cujus tenor datum Transumptum signatum sub die 6. Ibris proximè preteriti Anni 1768 Nobis transmissum fuerit a prædicto P. Mtro Provali una cum actis Congregationis Provalis ad effectum, ut processum, et Acta præd. authoritate nostra confirmaremus; cumq prætereà, ne in re tanti momenti vel opinionem nostram sequi, vel aliter falli videremur, nos Processum prædictum cum adnexa Sententia ad Juris tramites examinandum devenimus ILMo ac Exmo Viro D. Stephano Quatrani J.U Doctori, nec non in Causis Religionis Assessori: et prefatus Dominus Assessor voto suo retulerit processum et Sententiam prædict: tam in Jure quàm in facto nullitatis vitio undequaq laborare, proindeq utpote vitiosa et nulla esse a Nobis infirmanda et irritum irritanda;

Hinc Nos accersito Procuratore Gnli Ordis Nostrq parvo coacto Diffinitorio ex Assistentibus Nostris Gnalibus cæterisq Provinciarum Germaniæ et Poloniæ, lectaq per infrascriptum Secretarium Gnlem Ordis clara et intelligibili voce laudato voto Dni Assessoris, de Eorumdem unanimi consilio, et consensu Processum prædictum, et Sententiam inde latam veluti nullam ex defectu Juris et facti infirmamus, et irritum irritamus, et pro infirmatis et irritum irritis ab omnibus haberi volumus, et mandamus, ita ut Sententia prædicta contra dictum P. Magistrum Theophilum Piorowicz nullius roboris et effectus in posterum habeat, Nobis insuper reservantes pretensorum delictorum cognitionem sive per Nos sive per alios a Nobis delegandos. Et ita dicimus et pronunciamus non solum &c sed &c

Datt Romæ die 2 Januarii 1769

(Locus Sigilli) F. D. A. Rossi Mtr Gnlis Ordis

Fr. Dominicus Pescatori Secret: et Assistens Gnlis Ordis ac Provis Angliæ.

Fideliter ingrossavi verbum ad verbum Fr Alexander Stoushi L. Philos Secr: Gnlis mpp

In Nomine Domini Amen

Processus executivus in causa A.R.P.M. Theop: Piorowicz Diffinitoris perpetui.

Anno 1770 Die 4. Januarii Ex mandato Rdssmi Patris Dominici Andreæ Rossi Ministri Gralis Totius Ordis Minor S. Patris Francisci Conventium Litteras habilitatis. Ego infra-scriptus personaliter condescendens tanqm Judex ex Delegatione exequens ad Conventum Nostrum Posnaniæ Diœcesis Posnanien. in causa et causis Rndi Patris Magri Theophili Piotrowicz, date prius signo campanæ per Rndum Patrem Magrum Laurentium Wilkowski Regentem Philosophiæ assumptum Cancellarium ad ejusmodi negotium p. Me deffectum præsentiæ Secretarii Conventus Ordinarii extra Conventum pretune commorantis: / Literas ad me directas vasq executivas subdata Romæ 29 9bris 1769 in publico Refectorii Loco legi et publicari feci. Quarum Literar tenor sequit ejusmodi.

Foris. Admo Rndo Patri Patri Magro Krajewski Definitori perpetuo ac Guardiano Ordis Minor Conventus Lyssam.

Intus. Admo Rnde Pr -- Cum post constructum authoritate nostra processum contra Prem Magrum Theophilum Piorowicz Definitorem perpetuum et Guardianum Conventus Posnaniæ per Patrem Magrum Stanislaum Szczepanowski Definitivam sententiam, quam Nobis reservavimus visis videndis protulerimq; et antedictus Pr Magr Szczepanowski longe distet a Conventu Posnaniæ, hinc prædicta sententiæ exemplar manu Nostra, ac Secretarii Ordinis firmatum, nostroq; sigillo munitum ad Pritem Vestram mittendum existimavimq pro ejusdem executione Itaq Pritem Vestram in gradu Judicis ex Delegatione exequentis præsentibq constituentes adprecamur. firmeq; volumq, ut ad Conventum Pelictum Posnaniæ personaliter se conferat. et sententiam Pelictam per Concellarium Conventus alta, et intelligibili voce coram Patribq et Fribq in Refectorio legi et publicari faciat. illiusq; authenticam tranſumptum, ad valvas ejusdem Refectorii ex parte interiori affigi jubeat. Ac dum de his certiores qm citius fieri nos curet optamus. post restitutum in officio Guardiani Pictum Prem Magrum Theophilum Piorowicz, et intimo Paterni Cordis affectu Pritem Vram complectimq, et in Dno benedicimq.

Prtis Vræ. Romæ 29 9bris 1769

Servus ac Fr in Dno addictissimus

F.D.A. Rossi Min Gralis Ordis.

Lectis atq; publicatis suprascriptis litteris, etiam ad legendam atq; publicandam Senam definitivam ab antedicto Rndsmo Patre Mro Grali latam condescendi, qm Rndus Pr Mgr Laurentius Wilkowski assumptus Cancellarij alta et intelligibili voce legit.

Sequit sententia Rndsmi Patris Mri Grālis

Nos Fr Dominicus Andreas Rossi de Pisauro AA et Sacrae Thlgiae Doctor ac totius Ordis Minor S. Francisci Conventum post eundem Seraphicum Patriarcham Mrē Grālis LXXXVIII

Cum insinuato et circumscripto Processu, alias formato per Adm Rndum P. Mgrum Lancratium Kalitowicz Mrē Provlem et Commissarium nrum Gralem in actuali Visitatione Conventus Posnaniē Posnanien. Dioecesis contra Prem Mgrum Theophilum Piorowicz Definitores spectatus. et Guardianum dicti Conventus Posnaniē super sex adfecta crimina ab eodem, ut asserebat, patrata, nimirum 1mo Violationis Clausurae p introductionē feminas quantumvis honestarum, earumq; hospitalitatem, diu noctuq; intra claustra seu septa Monasterii nec n p tegentem illas Conversationem sine Socio. 2do contempto Ordinationum Mrī Grālis, nullum ex gravioribus punitum ad effum deducendo. 3tio despotici regiminis insuetatis rigoris, imo crudelitatis in corrigendis subditor tibi Rligiosor excessibus. 4to mala cura adhibita erga Rligiosos infirmos, caterosq; etiam sanos. 5to ejus absentia a Choro et Refectorio propr ipsius domesticitatem cum saecularibus Personis. 6to denig abusus officii sui Guardianatq. nempe qd ppria auctte ausq fuerit ad sacros ordis promovere suos Rligiosos, illosq; admittere ad audiendas sacramentales confessiones sine prio ipsio examine, officiales creaverit absq Capitulo Conventuali atq; studentes Rligiosos a Schola nullo impellente rpsitte dispertaverit; cumq; in adfertorum criminum poenam ipse Pr Mgr Theophilus Piorowicz per sententiam latam a Gfato Mrō Grōli inhabilis fuerit declaratq; ad officia et gradus durante saltem tempore gubernii Grālis Gdicti. seu verius Gl salvo Gr, Cum denig appellatione ad nos facta, alter Processus judicialis de mandato et authoritate Nostro instructus fuisset p R. R. P. Mgrum Stanislaum Szczepanowski advocatum supe dictum Prem Mgrum Theophilum Piorowicz Guardianum Conventus Posnaniē sup sex superius resensita crimina ad effum veritatis ingrediendi, et uniq; qd suum est, tribuendi ad Justitiā framites. Hinc Nos sententiam Nobis reservata sup causa Gdicta proferre volentes, visis videndis, et mature con-

sideratis considerandis, attento etiam voto Assessoris Ordis in criminalibq de Consilio et Consensu Nostrorum Assistentium prefatum Prem Mgrum Theophilum Piorowicz Definitorem ppetuum Prde Polonie Nostri ejusd Ordis ab impietis sibi recensitis criminibq absolvendum censuimus, et censemus ex capite Innocentie tangm repertum n culpabilem, aut defacto ex capite Innocentie eum absolvimus, ad gradus et officia in posterum obeunda habilitamq, et absolutum et habilem; solum Deum pre oculis habentes, declaramq, facultate insuper eidem facta repetendi expensas hac de causa factas, a quo vel qbq de Jure. Atqz ita diciq et definitive pronunciamq. Mandantes in Virtte Sacre Obedientie Patribq ac Fribq Nostri ejusdem Ordis Universis, cujuscunq sint gradus et Conditionis, sive Prelatis sive subditis, ne huic Nostre sente definitive ullo pacto refragari, aut adversus eam quovis colore aut pretextu qdqm attentare valeant. Quinimo volumq Pfatum Prem Mgrum Theophilum Piorowicz Definitorem ppter in suo officio Gvardianatus Conventq Nostri Posnaniensis esse restituendum, prout presentium Virtte Cum restituimus, et restitutum declaramq. Salva tn semp sup omissis Nostra et Successorum Nostrorum auctoritte. In quor

Datum Rome apud SS. XII Apostolos hac Die 23 Novembris 1769

Fr D. A. Rossi Mnr Gralis Ordis

Fr Dominicq Lescatori Secretarioq et Assistens Gralis Ordis ac Provincie Anglie

(L.S.)

Itaqz predicta sententia definitiva a me infrascripto Judice ex Delegatione exequenti legi facta alta et intelligibili voce per Prem Magrum Laurentium Wilkowski Regentem Thgiq Cancellarium assumptum, qz sepedictu R P N. Theophilum Piorowicz ad Gvardiani munus reinduxi, Eumqz suum locum sedere jussi. Prefatamq sententiam definitivam ad Valvas Refectorii interius affigi fecei. Quae omnia omnes Patres ac Fratres in Conventu existentes, et

huic Actui presentes audivêre, ac placido et silenti animo susceperê. Acta sunt hoc Die 4 Januarii Anno 1770

Fr Petrus Krayewski Decter Petry
Gvdny Pydresz Judex ex delegatione exequens
Fr Laurentius Wilkowski Regens Thlgiæ
Cancellarius assumptus.

Originalia vero: tam Litterarum Executi-
varum; quam Sententiæ Diffinitivæ ad enarg
A.R.P. Magri Theophili Piorowicz Diffinitoris
Provincialis, ac Guardiani Conventus reinducti de-
de, atq Consignavi in præsentia A.R.P. Magri
Laurentij Wilkowski Regentis Theologiæ
atq Cancellarij assumpti: Ac est de ut
supra

Ita est Fr Petrus Krayewski Decter
Ab alijs tribus millibus apud Synagogam Leszenensem post fata V.S. Theophilæ Mycielska Monialis Premensis, per Illustrissimam Dnam Teresiam ex Mycielsij Skoroszeska Castellanam Premetensem pro Fabrica nostra Posnaniensi transfusis, solvit integrè censum annuum præfata Synagoga.

Si se offerret commoditas, simúlqß securitas locandi insimul omnes istas tres

Hæc tria millia jam non in Synagoga Lissæ sed in Civitate Posnan[iensi] hærent

Summas, pro nunc ex necessitate divisas, decem millia efficientes, leven-
tur ex his partialibus locis, ac unitim locentur. Ut verò in perpetuum
ab ista decem millium Summa, utpote Religioni in manus concredita,
integerrimè omni annô satisfiat obligationi, nempe persolutioni tre-
centarum Missarum, sub obtestatione Divini Judicij insinuatur.
Id, perennis memoriæ gratiâ, annotavit Fr. Ludovicus Miske
immeritus Exprovincialis, C. G. mpp.

Obitus, et suffragium Fris Adami Swach.

A. D. 1747. die 13. Januarij circa horam 4. matutinam decessit è vita
munitus Sacramentis, Fr. Adamus Swach Pictor, in isto Conventu eme-
ritissimus Filius, Patribus æquiparandus. Natus fuerat in Bohemia
A. 1668, annô ætatis suæ 18. hic Posnaniæ Ordinem nostrum ingressus;
qui cum Fre suo Seniore Antonio Swach (itidem hic Posnaniæ A.
1709. mortuo) Altare B. M. V. et nonnulla alia sculptoriô labore fe-
cit. Deinde sumptu Religionis 3. annis apud Regium Pictorem Eleu-
therium picturam didicit. Ecclesiam nostram, et alias extraneorum
10. picturâ suâ in muro exornavit, præter Sacella plurima, Clau-
stra, et Palatia. Quidquid per picturam acquisivit, impendit pro
reparatione, et ornamentis hujus Loci. Braxatorium, aquæductum,
turres 2, frontispicia Ecclesiæ, tectorum reparationem provexit.
Picturâ etiam totius nostræ Ecclesiæ, Sacristiæ, Refectorij, Altarium,
aliisqs huic nativo Conventui inservijt. Ad Chorum insuper etiam
nocturnô tempore fuit diligentissimus, et omni exemplaritate præ-
clarus. Isti dignissimo Fri parentavi in funere ego Fr Lu-
dovicus Miske, Conventus vero Posnaniensis, ultra perennem memori-
am, et ultra consueta suffragia, in documentum aliqualis gratitudinis,
Annô eodem 1747. cum expresso consensu R. P. Ministri Provincialis
in Capitulo Conventûs, die 28. Februarij celebrato, unanimiter decrevit
persolvendum pro eodem Fre Adamo Swach in ista Ecclesia perpetuis tem-
poribus Anniversarium, cum cantu unius Nocturni Officij Defuncto-
rum, Missaeqs solemnis, die obitûs, vel aliô pro cômoditate proximiori.
Itemqs Missa lecta per extensum pro eodem, juxta opportunitatem, appli-
cabit.

De suffragijs futuris Rmo D. Martino Zeslawski

In Capitulo Varsav. A. 1746. 20. 7bris Sess. 6. n. 7. Decretum tale:
Respiciendo V. Definitorium notabilia Beneficia à Rmo D. Martino
Zeslawski Canonico Collegij Posnan. Conventui nostro Posnan. exhibita,
obligat totam Provinciam, ut, post sera Ejusdem Benefactoris fata,
talia per totam Provinciam suffragia peragantur, qualia pro
nostris Sacerdotibus solent persolvi.

J78.

Emptio vendicio signatio fundi Regulianu A 1654

Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto, Die Veneris ~~Dominica~~ 6ta Quinta Decembris.

Coram Illustri et Adm Rndo Dño Alberto Dobrzelewski Canco Posnan et Perillustris Adm Rndi Dñi Felicis Mietlicki Archidiacono ex mente Venditis Capituli Posnan Gnalis locum tenente Comparentes personaliter Rndi Martinus Regulus Altarista Gnen Frater Germanus, Paulus Jacobus Regulus Pœnitentiarius Eccleæ Cathdlis Posnan Joannes Reguli Sac. Authte Aplica Notarius Publicus Executores testamenti, Honorata Regina Conjunx, Stanislaus Regulus filius suo et ingenuus Francisci Fratris sui Plenipotens Inscriptus necnon Christophori Nepotis sui ex Fratre olim Joannis Reguli Tutor. Mater cum filijs Honorati olim Alberti Regulj Consulis Posnan Notarij iuti Successores in Bona quondam Præfati Dñi Reguli personæ omnes ultro libere ac benevole omnes in Solidum, et quilibet pro seipso verbis expressis recognoverunt, præsentibusq recognoscunt. Quia ipsi de consensu expresso et Voluntate Venerabilis Capituli Posnan Gnalis per festo S Martini pxime præterito Posnæ Celebrato Domum ac Prædiolum cum Horto Pratoq ac Piscina eidem Prædiolo contiguis inter Vicinitates ex Una lateritialis Cegrelnia Religiosarum monialium ad S. claram (Urbis Capitis Jurisdictionis et hæreditatis) Conventus Posnan et Honestâ Catharinâ Konska Viduæ Domum parte ab altera in Oppido Piotrowo sitam et jacentem. Quod Prædictum una cum Horto et piscina a Venerabili Conventu Obrensi Sac Ordis Cisterc Fratribusq Ipsius cum Consensu Superiorum in Aõ Dñi 1633 die 10 Mensis Julij prædictus Dñs Regulus emerat ac eiusdem Emptoris et Venditoris approbationem a Rndmo Dño Nicolao Dumin Abbate Obrensi postea in Aõ 1650 die 30 Augusti obtinuerat, ita late et longe circumferentialiterq prout in suis metis ex antiquo sunt distinctum et Aream cum horto inter domum Honesti Matthiæ Zagum ex Una, et Alberti Wysegata figulorum parte ab altera sicuta ibidem in Oppido Piotrowo alias Zduny nuncupato. fundi et Jurisdictionis Urbis Capituli Cathedq Posnan existen cum omni jure Dominio, proprietate, prout ex Antecessoribus suis servi ebat titulo vero perpetuo ac realis Venditionis vendiderunt, temporibus perpetuis, uti quidem in presenti vendunt et resignant Venerabilibus Fratribus Patribus

Alberto Zawadio Gwardiano et Antonio Biezonio Cæteriq; Fratribus ac toti Conventui, in nove erigere aut hac nunc vero ad Nyechum ad Civitatem Pomeranie habitantibus et residentibus Ordinis Conventus Franciscanis presentibus ac suis legitimis successoribus Fratribus successoreis in prefato Conventu existentibus pro Summa Florenorum Polonicalium sexcentorum - in quemlibet florenum grossos triginta computando: quam Summam ex nunc in promptu et parata pecunia predicti Empto: res numeraverunt, et predictis Venditoribus realiter et in effectu tradiderunt. pro qua Summa eosdem ex nunc quittaverunt et quittant per actum presentem Nihil Sibi et suis successoribus Juris et proprietatis in eadem Domo Predicator. Prato, Pisina et area relinquendo; imo eorundem realem et actualem possessionem Prefatis Emptoribus, eorumq; successoribus jam ex nunc et de facto concedunt et conferunt. cum omni potestate eadem bona apprehendendi, habendi, possidendi (non tamen sine expressa Vnbilis Capti. Gratis Conthenti Pomeranie uti Dominorum fundi permutandi aut vendendi) uti melius illis videbitur, de eisdem bonis disponendi promittentes, et in eo Nomine Conventus Prefatos Emptores eorumq; successores ab omnibus debitis judicialibus, impedimentis fratione prefatorum bonorum tuties, quoties opus fuerit evincendi et liberandi exceptis Oneribus Vnbilis Capituli et Ecclesiæ Parochialis Nyechi solvendi. quam resignationem modo premisso factam prenominatus Illustris et Rmus Dnus locum tenens approbavit et confirmavit, decernens vim et robur perpetuæ firmitatis habituram. Ad clandaq; possessionem eorundem bonorum officium Proconsulare, ibidem in Pistworo deputavit, presentibus Venilibz Joanne Dambrowski et Stanislao Zukowski Minorum Ordinis clericis, meq Matthia a Zgierz Sac. Auth. Apostolica p. Dioecesim Pomeraniæ Publico Notario Vnbilis Capti Pomeranæ Actuq; presentis Notario Actore

Ex Actis Camerarum Civilium Vnbilis Capti Pomeranæ
Extractum et Sigillo eiusdem communitum.

(Locus Sigilli)

Matthias a Zgierz Sac. et p. Pomeraniæ et Inclusæ Capituli Pomeranæ Notarius

DECRETA

Capituli Generalis Ordinis Min. Conv. S. Francisci Romæ celebrati in Festo Pentecostes anni 1719 die 27 Maij à S. Sede Apostolica approbata et confirmata

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ex injuncti Nobis divinitus Pastoralis Officij debito illa quæ prosclici eorum, qui altissimi obsequijs sub suavi vitæ Religiosæ jugo mancipati sunt regimine, et gubernio provide, prudenterq; sancta esse noscuntur, ut firma semper, atq; inviolata persistant, libenter cum ad id à Nobis petitur Apostolici muniminis nostri præsidio roboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Carolus Jacobus Romilli Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum quod in Diffinitorio Generali dicti Ordinis in alma Urbe nostra die 27. Mensis Maij anni proximè præteriti congregato ad Divini cultus incrementum, et Religiosorum ordinis hujusmodi tam ad Regularis observantiæ quam in literis progressionem, edita et facta fuerunt Decreta nonnulla tenoris qui sequitur videlicet.

DECRETA

Venerabilis Diffinitorij Generalis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Romæ die 27. Maji anno M.D.C.C.XIX. congregati.

Primum. Sacra Minorum Conventualium Religio Beatissimæ Virginis Conceptionem singularibus devotionis officijs à suis primordijs quovis tempore prosecuta est. Quamobrem Majorum suorum semitis inhærendo, decrevit Venerabile Diffinitorium eamdem Beatissimam Virginem sub titulo Immaculatæ Conceptionis in Patronam principalem sibi assumere, firmissimam ex eo spem concipiens futurum ut in ordine Nostro erga eamdem Deiparam, ejusdemque Immaculatæ Conceptionis Misterium, pietas et Religio indies fervescat et augeatur. Secundum. Cum satis compertum sit, non sine gravi quorumdam incommodo, et jurium Ministrorum Provincialium, confundi et perturbari, si quandoque in transfiliationibus contingat aliquem prius acceptari in filium Conventus, quam Provinciæ, hac de causa sub pœna nullitatis cipitur, ut in hujusmodi transfiliationibus etiamsi utraque aggregatio spectaret ad Diffinitorium Provinciale hic ordo omnino servetur. Præmissis literis de jure præmittendis prius Provinciæ, deinde Conventui coaptetur.

Tertium. Pietati et maxime Religiosorum consentaneum est, eos, qui vel Religioni toti, vel Provinciis præfuerunt, quique non pro se ipsis dumtaxat, sed pro aliis quoque teneantur Deo rationem reddere uberioribus Suffragijs, cum ex hac vita discesserint adjuvari. Statuitur ergo, ut pro Ex-Generalibus et Ex-Vicarijs Generalibus in Religione obeuntibus in singulis Conventibus totius ordinis una Missa cantet; singuli Sacerdotes semel Missæ Sacrificium offerant. Clerici semel officium Defunctorum, Laici vero semel Coronam B. Mariæ Virginis devote recitent. Pro Ex-Provincialibus saltim manentibus Suffragijs per constitut. Statutis in singulis Conventibus Provinciæ duæ aliæ Missæ cantentur. Pro Ex-Procuratoribus Generalibus aliisque assistentibus ordinis Missa una cantetur in qualibet Provincia in Conventu designando à Ministro Provinciali; juxta ordinem Custodiarum et Conventuum.

Quartum. Stricte præcipiunt Nostræ Constitutiones Verbana utrumne ad ordinem recipiatur nisi prævia diligentissima perquisitione de uniuscujusque natalibus, de corporis habitudine, de moribus et vita anteacta. Quæ perquisitiones, cum non semel probatæ sint deceptionibus obnoxiæ, si illorum Provincialium ex quorum finibus recipiendi ortum trahunt informatio, et Votum negligatur, eo mandatur Ministris Provincialibus quarumcunque Provinciarum ne imposterum audeant exteros ad habitum Religionis admittere, nisi præhabita informatione, et consensu Provincialium, ad quos spectat sub pœnis Statutis et expressis in Decreto Alexandri Octavi quod incipit Ministri Provinciales quarumcunque Provinciarum et alijs pœnis Ministri Generalis arbitrio reservatis

Fr. Laici nō admittantur nisi habeant annos 40, et in religione 15. post hos nullus poterit.

Quintum. Quamquam in Constitutionibus Nostris Fratribus quæque Laicis seu Conversis jus Suffragij in quibusdam actionibus concedatur, tamen quia ut experimento compertum est ex hujusmodi Conversorum Suffragijs acta publica, ut plurimum vel impediuntur, vel perturbantur, cum ut plurimum deteriorem sequentes, ab optimorum sententia discedant, hac de re Statuitur, ut nullus Conversorum qui actu in Religione reperiuntur, in actionibus publicis vel privatis Suffragium ferat, nisi in ætate habeat annos quadraginta et in Professione Regulari quindecim. Qui vero post hoc decretum ad habitum Religionis admittentur omnino careant jure Suffragij

Sextum. Cum non parum utilitatis a lectura moralis exercitio oriri probatum sit, censuit Venerabile Diffinitorium confirmandum esse Decretum super hoc emanatum in Capitulis Generalibus celebratis annis M.D.C.C.V.II. et M.D.C.C.XIII. quod incipit cum indies, hac tamen limitatione ut lectura moralis ad Paternitatis

tis Provincie gradum non perducat, nisi qui prius Regentes pri-
mæ classis fuerint: nec sola lectura moralis ad Paternitatem Di-
vinitæ assequendam sufficiat, cum non levi Religionis detrimento labo
riosa cæterarum facultatum studia negligantur.

Septimum. Postremo cum Decreta Diffinitorij Generalis in Urbe con
gregati anno M.D.C.C.XIII. non nisi ad Sexennium fuerint a San-
ctiss.o Dño Nro confirmata, quæsitum fuit an essent iterum approban
da quibus Venerabile Diffinitorium respondit.

Primum. De Confessionibus Novitiorum audiendis non abi[illegible] eorum Novitij n' Magistro
Magistro, ut videntur conscientiarum pericula, sed ab alia Religiosa Sed ady Patris constituen
spectatæ vitæ ad id muneris seligendo.

Dertium. In quo ne sonventus graventur decernitur ut non cuilibet
Diffinitor perpetuo proprius Laicus assignetur pro socio, sed unus
frater Laicus inserviat saltem duobus Patribus.

Quintum. De Præfectis in Gymnasijs ac Collegijs pro majori Studen-
tum profectu destinandis.

Octavum. De lectura Secundi Seminarij Regentibus diligentio-
ribus secundo triennio pro Secunda et tertio triennio pro Prima
classe judicio Diffinitorij Generalis concedenda.

Decimum. De Seminarijs pro faciliori adolescentium profectu
ad pauciorem numerum reducendis.

Undecimum. De non promovendis ad Paternitatem alicujus con-
ventus nisi prius ab episcopo Diœcesano fuerint ad confessionem
admissi.

Duodecimum. De Subsidijs præstandis Sacra Conventui assisio
si. Hæc omnia Venerabile Diffinitorium respondit esse approbanda
juxta eorum seriem, et tenorem, prout reipsa approbavit.

Secundum. Verò de Suffragijs à conversis in electionibus no-
minandis quæritur, an in ætate habeant annos quadraginta, et in profes-
sionibus Regularibus quindecim, approbavit, sed ulterius Statuit
quod conversi in posterum ad habitum admittendi omnino care-
ant jure Suffragandi prout Numero quinto.

Quartum. De lectura Morali in ordine promovenda pariter con-
firmavit, sed hac limitatione ut ad Paternitatis gradum non per-
ducat nisi qui prius Regentes primæ classis fuerint prout Num.o 3.to

Sextum. Tandem Septimum et Nonum, in quibus de methodo stu-
diorum de concursu et examine Studentium Baccalaureorum
et numero Collegialium agitur, censuit Venerabile Diffinitorium
esse totaliter committenda prout de jure in Sacris Constitutionibus
Urbanis prudentiæ et arbitrio Reverendissimi Patris Ministri
Generalis, qui pro locorum, et temporum varietate id pro studiorum
incremento statuet, quod magis in Dño expedire videbitur.

Cum alter

cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Carolus Jacobus Minister Generalis Decreta hujusmodi quo firmius subsistant et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos specialem ipsi Carolo Jacobo Ministro Generali gratiam facere volentes eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, et pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet involvatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes et absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, et consultationibus Episcoporum et Regularium Præpositorum qui relationem dilecti Filij Nostri Josephi ejusdem S. R. E. Cardinalis Vallemani nunc pro tempore dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam Protectoris, et alteram dilecti etiam Filij moderni Procuratoris Generalis ordinis hujusmodi atque documenta exhibita matura perpenderunt consilio, Decreta prœinserta nullo dumtaxat excepto confirmando usq; ad proxime futurum Capitulum Generale ordinis prædicti, ac in proxime venturo Generali Definitorio iterum ad trutinam reducendo authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisq; inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes prœinserta Decreta, ac easdem præsentes literas firma, valida, et efficacia existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocunq; spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunq; Judices ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti ordinis ejusq; Provincijarum et Conventuum quorumvis, aliisve quibuscunq; etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus privilegijsque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis et innovatis. Quibusomnibus etsi non

quibus

gulis, illorum tenores præsentibg pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserter habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, ac si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 3tia Maij M.D.C.C.X.X. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo

F. Card. Oliverius

Pro clariori notitia prælaudatorum subjiciuntur Decreta Venerabilis Diffinitorij convocati Romæ Indulto apostolico anni 1719.

DECRETA

Venerabilis Diffinitorij Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium Romæ anno 1719. congregati SS. Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ XI. auctoritate.

1. Quanquam ordinis Nostri Constitutiones disponant, ut Novitiorum Magistri, eorundem Sacramentales Confessiones audiant, tamen cum id quandoque in animarum periculum vergat, ac conscientiarum nitori, et tranquillitati officere possit, hujusmodi dispositio, ut præfata vitentur incommoda omnino abrogata censetur. Quare Venerabile Diffinitorium jure optimo decernit ut in posterum Novitiorum Confessiones non ipse Magister sed alius, ut etiam Regulariter fieri solet, spectatæ vitæ, probatæque doctrinæ Religiosus excipiat, qui à Ministro Generali, aut Provinciali, de consensu tamen Generalis ad id muneris deputetur

Magister Novitiorum Confessiones n'audiat sed alius Pr.

2. In ijsdem etiam Constitutionibus Nostris præscriptum legitur, ut quoties aliquos in filios conventuum aggregari contingat, Fratres quoque Laici eorundem Conventuum filij cum cæteris suffragium ferant. Verum quia, ut experimento compertum est, quandoque plurima eaque non levia exinde sequuntur incommoda, nam ubi multus est Fratrum Conversorum seu Laicorum numerus, ubi est in Conventibus insignioribus invicem fere omnes aut in factiones concordes, coeunt, aut ab optimorum sententia discedunt, et aggregationes prædictas, vel impediunt vel perturbant, hac de causa Venerabile Diffinitorium, non solum in allegatis aggregationibg, et Novitiorum acceptationibg, verum etiam in diffinitorum electionibg censuit servandum esse Decretum Capituli Generalis 1635. quod sic habet: At quoniam in Conventibg majoribus ex hujusmodi conversorum, quia multi in numero reperiunt, suffragijs, acta publica plerumque invertunt, decernitur, ut in dictis Conventibg nullus Conversus seu Laicus in actionibg publicis, aut privatis suffragium ferat nisi in ætate habeat annos 40 et in Professione Regulari Quindecim.

3. Cum abusus irrepserit ut in aliquibus Conventibus, et præsertim de Mensa Generalis nuncupatis cuilibet Diffinitori per pecho proprius assignetur Laicus pro Socio, et ob hujusmodi abusum prædicti Conventus plura incommoda patiantur nedum ob excessum familiæ et expensarum sed etiam ob defectum Sacerdotum qui in majori numero adessent, si Laicorum numerus minueretur ideo ut hujusmodi inconvenienti apponatur remedium. Venerabile Diffinitorium Statuit, ut unus Frater Laicus inserviat duobus saltem Patribus et insuper exerceat aliquod Conventus officium. Id vero in omnibus hujusmodi Conventibus servari mandavit excepto tamen Conventu Sanctorum XII. Apostolorum de Urbe, cujus dispositionem remisit arbitrio et prudentiæ Ministri Generalis.

4. Cum indies magis appareat utilitas, quæ à Lectura morali exercitio provenit idcirco Venerabile Diffinitorium censet confirmandum esse et reipsa confirmat Decretum Capituli Generalis anni 1707. quod nempe Ministri Provinciales in singulis suarum Provinciarum Conventibus deputent aliquem Religiosum pietate, et doctrina præditum, qui feria secunda, quarta, et sexta, unum conscientiæ casum in publica Refectionis loco proponat, quem Singuli Sacerdotes, juxta probatorum Doctorum Sententiam paucissimis Verbis et sine ulla disputationis contentione expendant, ac ultimo loco accedat resolutio clara etiam in lingua vernacula ipsius Religiosi ad hoc deputati. In collegiis vero, aliisque Gymnasiis prima, et secunda classis instituatur in Lectorem Moralem aliquis in Sacra Theologia Magister, qui ultra trium casuum propositionem, et resolutionem feria secunda, quarta, sexta in Refectionis loco ut supra dictum est peragendam, aliis insuper tribus hebdomadæ diebus, nimirum feria tertia, quinta, et Sabbatho in Schola sive in alio publico loco Theologiam moralem post Vesperas proponere et explicare teneatur. Insuper Venerabile Diffinitorium decernit, ut hujusmodi Lectores suum munus per quindecim integros annos exercuerint, et casus propositos et resolutos in libro ad hunc finem parato distincte et clare transcribentes, prædicto tempore expleto Paternitatis Provinciæ gradum non consequantur, nisi prius visi et examinati prædicto casuum conscientiæ libro à Ministro Generali, vel ab alio cui idem commiserit nam nisi secundum hasce leges supra scriptas munus Lecturæ Moralis Theologicæ adimus. Jam ut laudabiliter per quindecim annos impleverint Lectores hujusmodi Paternitatis Provinciæ gradum nullo modo consequi poterunt.

5. Ut tum Regentum, tum Lectorum negligentia, quæ in quibusdam nimis aliquando comperitur, opportunum habeat moritorem, correctoremque decernit Venerabile Diffinitorium, ut in unoquoque nostri ordinis, sive Collegio, sive Gymnasio etiam tertiæ classis Religiosus aliquis deputetur in Sacra Theologia Magister probitate et doctrina præcellens Studiorum Præfecti titulo donandus, cujus præcipuæ partes sint, et Studentes omnes Baccalaureos, sive Collegiales, et Regentes, etiam ipsos, Lectoresque quoscunque monere, ad sua munia exactissime obeunda et stimulare ac reau-

182.

ac secundum ea, quæ à Constitutionibus Nostris, et à Ministro Generali pro tempore præscribuntur, omnes et singulos coercere et in officio continere.

6. Ut recta methodo, atq; uniformi via in omnibus Religionis Nostræ Gymnasijs Sacræ Theologiæ prælectiones optimè procedant, opportune satis statuendum censet Venerabile Diffinitorium, ut in singulis ordinis Nostri scholis, idem omnino singulis annis à Patribus Regentibus explicentur Sacræ Theologiæ tractatus, secundum eorundem Tractatuum numerum, ac peculiarem Quæstionum habendarum designationem à Ministro Generali, quotannis faciendam, id enim inde nascitur emolumenti, ut facile compleatur Theologicus cursus, et si aliquando aut Regentes, aut Studentes de uno in aliud Gymnasium justis de causis transferri contingat, eadem studiorum series non interrupta omni in loco servetur.

7. Quoniam in singulis Studiorum generibus plurimum utilitatis confert tum assidua, tum publica exercitatio, jure optimo decernitur, ut tum Clerici Professi in Secundis Seminarijs degentes, tum Studentes omnes Gymnasiorum Secundæ et 3tiæ Classis, ad eam excolendam, quæ in Scholis privatim didicerunt, Theses ex eisdem Tractatibus, quibus infra annum operam navaverint desumptas, singulis annis publicè propugnent; Et ne hujusmodi exercitatio, obtenta expensarum Specie a pauperibus Studentibus negligatur, districtè præcipit, ut eis nisi tantum chartæ folia, sine phaleris, lanisque ornamentis, ac figuris Theses propugnandæ simplici charactere Typis imprimenda tradant, quod quidem per quam minimo impendio, præsertim inter multos deque distributo satis commodè perfici poterit. Tandem ut præmissorum, aliorumque decretorum ad literarum profectum pertinentium firma habenda ratio; Venerabile Diffinitorium serio injungit, et Regentibus, et Studiorum Præfectis, ut de moribus, deque idoneitate, ac diligentia singulorum Studentium, ac de propugnatis per eos Thesibus Ministrum Generalem, saltim quotannis certiorem faciant.

8. Si quando venerabili Diffinitorio Generali in Capitulis, aut Congregationibus Generalibus expediens judicatum fuerit pro Studiorum incremento, ac majori Studentium Clericorum profectu, ut aliqui Regentes, aut Lectores doctiores, diligentioresque, completo triennio in aliqua tertiæ Classe, aut Secundo Seminario, ibidem pergant legere, et munus Regentis prosequi in eodem, aut alio simili Secundo Seminario; in hoc casu Venerabile Diffinitorium decernit, ut secundum triennium hujusmodi Regentibus valeat pro Secunda, et tertium triennium pro prima Classe. (Nam ab hujusmodi Lectoribus, qui primis Clericorum Institutionibus mirifice se se accommodare sciunt, meritorum, quantum emolumenti, et pietatis, et doctrinæ certo certius eventurum sperat Seraphica nostra Religio. Quare prefatæ dispensationis gratiam ii duntaxat Regentes tertiæ Classis sibi promittant, qui a ministro Generali, et Venerabili Diffinitorio in Clericorum instructione optimè se gesisse accipiscentur ac Discipulos probos, et doctos ad superiora gymnasia, et Collegia deferenda in anteactum instituisse.

9. Censuit insuper Venerabile Diffinitorium expediens esse pro incremento Studiorum, ut concursus, et examen Studentium Baccalaureorum ad Collegia Religionis convocentur singulis triennijs. Hac tamen lege, ut sinentur tot inveniantur Doneï, ut numerum præscriptum nonaginta circiter exhauriant, tot selligantur, quot Doneï reperti fuerint et Collegialium numerus secundum Doneitatem mensuretur. Potissimum vero ratio, cur singulis triennijs priotino more instituendi

stituendum sit examen pro admittendis in Collegia Baccalaureis ea via est, nempe
scilicet Studentium (ut experientia hactenus constitit) protracta in longum spe
premij, ita ingenij ardor defervescat, ac paulatim languescat studium, ut tor-
pori, atq; otio inde assueti, tardiores ad munia peragenda effecti, ac libidinosa vita
genus nacti difficulter postea in officio ac disciplina contineri possint. Accedit
Ito illo ac Eminentissimo Cardinali Colloredo olim lato, ut videlicet tertia pars
Collegialium minus idoneorum dilata ad aliud triennium laurea in Collegijs ma-
neret, huic malo, ac Studiorum utilitati satis provisum fuisse compertum est.
nam, et hujusmodi Collegiales in Collegio relicti disciplinam, ac Studium, ut ple-
rimum negligent et Regentes, si illi soli in Collegijs manerent, ab honesto, neces-
sario que labore publicis Thesibus præsidendi toto illo triennio cessabunt, dum
si illis in Collegio relictis, novi per novum concursum adjungantur Collegia-
les, maxima inde orietur, et Studentium, et Studiorum confusio.

10 Cum multiplex supra modum Seminariorum numerus, in quibus Clerici
professi in modico numerali, et instrui solent, in causa esse dicatur, cur
magno pere curanda, tum in literis, tum in pietate, adolescentium institutio
nec minimum detrimentum patiatur, Statuit Venerabile Definitorium, ut
Seminaria predicta ad pauciorem numerum reducantur, juxta nostrarum Con-
stitutionum Urbanarum, et Innocentij Decimi decreta. Statuit insuper, ut
pro Clericis, qui hac de causa in majori numero, in hujusmodi Seminarijs alen-
di erunt religiosi Provinciæ Conventus pinguiores, illi præsertim, unde se mi-
naria amovebunt, congrua subsidia subministrent. Loca vero, et modum alen-
di prædictos Clericos Minister Generalis cum Provincialibus respective
stabiliat, ac designet. Quod si opus fuerit loca pro Novitijs, seu novitiatu-
rus assignata permutare in loca secundi Seminarij pro Clericis Professis
necessaria facultas a Sacra Congregatione super disciplina Regulari hu-
militer postuletur.

11. Quia nostri ordinis ecclesiæ, ut plurimum Confessariorum penuria laborant, vel ob
fratrum inuriam, aut imperitiam, vel ob aliam quamcunque causam, cum maximo
animarum nostrarum, ac aliorum detrimento, ac pari Religionis damno, et dedecore,
ideo Venerabile Definitorium necessarium esse censuit confirmare, aliisque peni-
munire decretum, quod hac de re editum fuit in Capitulo Generali assisij
Celebrato anno 1707. quod sic habet: Nullus imposterum eligatur, in patrem
alicujus Conventus nisi prius ab Episcopo Diœcesano ad utriusque sexus Confessiones
audiendas admissus fuerit, et in eodem Conventu prius saltim per integrum annum
Confessiones audierit, et actu audiat. Dum ad paternitatem eligitur. Superna nul-
litatis electionis ipso facto, sic aliter fiat. Insuper nemo Paternitatis alicujus
Conventus privilegio ullatenus gaudere possit, si ab exercitio audiendi Confessio-
nes cesset, aut notabiliter deficiens fuerit nisi ex legitima causa, a
Ministro Generali agnoscenda dispensationem inscriptis obtineat.

12. Nomine Patrum et Fratrum, sacro Conventus Assisij Venerando Diffinitorio
exhibita est postulatio, ut eidem sacro Conventui aliqua subsidia provideret,
et procurare dignaretur ad sublevandas prædicti Conventus necessitates, quæ
tim pro reparandis ædificijs, quæ ruinam minant, multis in locis, ut patet ex
Visitatione diligenter ibi peracta.

Hinc idem Venerandum Diffinitorium expositorum veritate perspecta,
decrevit ut Minister Generalis scribat ad omnes ministros Generales eorum
cestimulet, imo serio eidem præcipiat, ut prædicto sacro Conventui in quo
Corpus Seraphici Patris Nostri Francisci requiescit, opportuna subsidia
prædicant, juxta modum, qui ipsi faultor, et paratior visus fuerit. Elec-
mosynæ autem Collectæ in Capsula, huic tantum usui destinata Conventus in
prædicto sacro Conventu, et non applicentur sine expressa Ministri Gene-
ralis licentia. Capsula vero hujusmodi claudatur in area duabus, ubi
alia

alia Patrum et Fratrum ~~[illegible]~~ aequidem ac ejusdem cujus Conventus decennyalis servantur. Anno D. 1744 Romæ

Laudes Jesus Mtj in secula seculorum amen

Fr Christophorus Skrzetuski AA. et V. Ihlæ Doctor Prov. Majoris et Minoris Poloniæ Ord. Sti. P. N. S. Francisci Observ. Provin. Camsanæ Gralis

Ad Dis RR. V. Ihlæ ejus RP. Prov. Definitoribus Guardianis Conventuum Commissarijs Cæterisq. Omnibq. et singulis Prijs et Frisq. Curæ Vrae subjectis Salutem et Seraphicam Benedictionem.

Pastoralem Literam et Salutaria monita Vigilantissimi Pastoris Vri Reverendissimi Patris ejus ejusq. Joannis Baptistæ ejusdem ejusq. Ordinis Vris Reverendissimi Patris Commissarij Generalis Supremi Vobis nuperrime a nobis recepta Paternitatibus Vestris et Dis et Fribus in dicto Dicecesi ad eorum inducitiam Notitiam Communicamus, ut ea quæ Paterna exprescit Solicitudo mentibq. condituq. Religiosis inhæreant

Odmi Reli Patres: Postea quam pro Seraphica nostra Religione, Observatoris Generalis Sarcinam, apud Romanam Curiam per Septennium dignissimam exercuit, regulares illas directiones exercitio mandare quæ universo nostro Ordini datæ sunt, ut ea quæ Subditorum est, pace, eatum bonis suis conducentur; omnesq. Actiones suas ad optimam, ac diu expectatam incendi rationem gerere. Sed omnipotentis Dei, imperscrutabili providentia factum est, ut Cura mihi clarissimaq. demandata Provincia totius Scilicet Ordinis nostri Regimen, quæ regularis observantia ubiq. custodiretq., aut etiam si opus fuisset instrementis acciperet. Quamvis vero id mihi inopinato evenerit, ac Patris Superq. indignum, tam virium mearum imbecillitatem, tam Religiosorum par grandem numerum, tam denique Patrum qui dignitatibus donati sunt, merita eximia quiq., aut exquisita gubernandi ratione, aut eleganti doctrinarum Supellectili, nostræ simili laudi splendori consuluere: Nihilominus regimen hoc non dubitavi, sed tantus quamvis dejo pene animo capi Provinciam, non ijs duntaxat de causis quæ a Venerabili Definitorio mea adhuc cumbos possita sunt, præsertim vero quod deputatum Sanctum esset Dei voluntati potius, quæ per ejus indignis Vicarium significatq., quam ingenio meo litare, verum etiam quia in Paternitatibus Vestris Odm. Patris tanta mihi Fiducia est ut vestra Prudentia quæ acta spectem, pro ea moderationi quam assumpsi Scientia respondeat ac Religio ipsa voti hoc compos efficiatq. Quam de rem nihil nisi indicam, nullas ad eam Sanctiones sed eas quæ a Prædecessoribus meis sunt institutæ ratas habeat, et tanto majori qua possum solicitudine Animi commendato, ut sanctæ minimum peccatis votum quod pro cæteris Functionibus nostris Deo gratissimæ ac Sancti Patris speciationes efficiat Filios diligentissime persolvat.

Superiore autem nulla tenus possum, quin in nostram servorem memoriæ quantum Religiosam Conditionem humilitatem, modestiamq. deceat non solum legis ac bonus vestiendi modus, sed etiam Venationes et Aucupationum Venatorum Instrumentorum usus, qui a Sacris Canonibus Regularibus adeo interdi-

cordiaq, precipue vero, Cap. Ano et 2do de Cleric: Peregr. et Cap. Ano eod. Dist. Distinct: 3ra Vir quorum postremo Lecti sunt sententiosissima verba legunt. Omnibus servis Dei Orationes et Litaneas Vacationes interdicimus. Quemadmodum igitur ostenderit Mysterijs ac humilitas Religiosa. Precimen Interius expectus et Augmentum nec quidquam Religiosorum Virorum interest magis, quam professionis sue vocationem Religiosis moribus et Religioso habitu compleant. Hoc Arma eorum Caelestia debent esse, et Orationes: iccirco magnam cujusmodi absentes in quo piam permittant, ac Signate stabulas in Cathedralis, Religiosi Nigri Colonis, et quidquid, armorum genus, multo magis Venatum ire. Qua de re cum Sanctam aggrediar Visitationem, Sollicitudinibus vestri diligentijs, ad hujusmodi abusus eliminandos, et modica quadam Satisfactione eorum, qui salubribus Regis monitis obtemperare voluerit.

Hic Animi mei indicia quod observanti benevolentia Paternitatis vestre officijs adgenio, Matrum actionum compensationem a vobis exoptans, quae tum ad animarum vestrarum Salutem, tum ad eorum meorum Propensam assequendam sunt conferentiae. Pro his igitur obsequijs vos obstringo Patres ac Fratres mei in Dño Charissimi, ut Festis in Religiosis diligentijs, illius grati Animi Ricera palbare possim. Augmenta, quem semper perpetuo primum in Corde retinebo. Dum me vobis in Festis apud Deum magis magisq commendari desidero, totum animo vos amplector ac in ejusdem Dei Omnipotentis Numine plenissima imperitur Benedictionem. Apostolicis Pauli verbis Amicitiae. Deo Altero Fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et Dilectionis erit vobiscum

Pp. 4t. Alt Relatum.

Romae 6ta Julij. 8.7.41.

Frater in Domino Carissimus.
Fr Joannes Baptista Minorum
Minister Generalis


Hos Authoritate Officij nostri hortamur et mandamus, ut presentes de Conventu in presentarum, cui Custodia in superscriptione annotata transmittatur, publice in Refectorio legant, et alijs Conventibus insinuent.

Datum in Conventu nro Recollectorum in Roma 8ta Julij Anno Dñi 41.

Fr Christophorus Sanctacruciensis
Alt Pater Comis. Romae.

Fr Martinus Cergnensis
Secretarius et Assistens Romae


Hic Perennabunt.
LIBER
CONTINENS
INVENTARIA
ECCLESIÆ & CONVS
am
ad S Antonium
1672
Non De[illegible]ficiet


Vite pagine seguente guida

Nihil horum temporalium stabile neq solidum est ait Seneca Epi 69 Quocunq se cunctq vertent animus, quid quid insatiabilis intueatur oculq, ruminabundq aggrediat mens, nil nisi exile vanu instabile, ac luci obnoxium mutationi aduertet. Scite et experientiali ter definuit Salomon Eccl: 1. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole et ecce Vniuersa Vanitas: certe Vanitas. Vanum dicitur (ait Lyranq super Eccl:) quod non attingit finem intentu. Vanitas sunt omnia sub sole, quia nihil finem attingit intentu, fluunt omnia, et in assidua sunt diminutione illorum, rapiuntur fluminum more: Quicquid Vides cum tempore cumit. Non est quidquam tam durum, quod non emoliat, tam rigidum, quod non flectatur; tam firmum, quod non infirmetur: tam fixum, quod non immutetz. Hinc optime sibi humana consuluit prudentia, dum temporalium rerum quotidiano et æterno usui dicatarum, inuentaria conficienda aduenit; prouidit, quo dispereant, prouidit quo et recuperentur: quo dispendantur, prouidit quo et resarciant: Ing suo conseruentur recuperata statu. Conuentq iste quanquam a mundo semotq humanisq exigens humanam imitari prudentiam statuit et si bona, licet pauca, sibi larga Benefactorum manu oblata, non dispergi, sed in unum consenari faciat, presenti inuentario omnia Registrat

Inuentarium Ecclesiæ

~~Capella siue Ecclesiuncula ad instar ædificiorum Pruthenicorum est ædificata~~ Studio Admꝺ Rndi P. Francisci Marcinkowski SRD Conuentus Guardiani Altitudꝺ cubitor: ~ Longitud cubitor ~ Latitud cubit. ~

Sunt in ea Altaria quinq non fixa sed mobilia cum Portatilibq

PRIMVM MAIVS

Sub Titulo BVMariæ cum Imagine eiusdem ex Seruario auro et argento in tela serica contexta altitud cubit: Latitud cubit Valoris Flor 500 inserta ramis nigris. In Imagine affixa sunt Tabellæ seu lamin Argenteæ 8.

Prima Pond: Vnc: 6 ~~Vncias 6~~
2da Pond: Vnc: 6 ~~Vncias 6~~
3tia Pond Vnc: 13 ~~Vncias 13~~
4ta Pond Vnc: 3 Pond. 3.
5ta Pond Vnc: 12 ~~Vncias 12 qui pendit~~
6ta Pond Vnc: 1½ ~~Vncia Vna et media~~

Anno Domini 1656.

Sic

Postquam Sueci in Regnum Poloniæ, hostili irruentes et tyrannide idem vastarent, sperantes se Bosnia Pelendos, ne facilem Poloni haberent ad egregrandam Ciuitatem per plateam Grodla dictam aditum totam plateam igni dederunt, nostrumq

Contra

7ma Pond. ---- Vncia: 1. 9 1.

8ua Pond. ---- Vncia 1-1. Zelo Lemi Vncia

In Imagine oculorum dud Prima Pond

Item Vnionum filum cum cruce Argentea Pond:

Cor ex Cristallo agento circumductu Pond: Un Lemi.

Cingulus argenteg deauratg Pond: Vncie 15 9 Vnci 1

Cinculg Argenteg in Orbiculos confecty Pond

Cingulg argenteg cono

Commutabes est pro Corona in imagine S. Bab: B.V. affigenda.

Reliquiarium parum argenteu Pond

Crux argentea Pond

Cingulg argenteg deauratg cuig Lapides Pho: Leni et Vniones sunt inserti Pond et Vnciarum Xoueu et medid

Reliquiarium in modum crucis argenteu Pond Vncid Vnciæ

Cristall: cum cruce argent: Pond:

Dud Vagind cultri Ponder Vna — 20 — Dati sunt pro Calice

In capite Imaginis BVM corona Argentea deaurata Pond. Marc. 1. 9 1 9 Vnc: 2


9da Puerili Jesu corona argentea deaurata pond Vncid — 9 9 quint

In summa Pondus argenti in imagine affixi ascendit ad.

Cingulus Argenteus in orbiculos secundus Pond Marc. 1 9 Vnci. 4

In summa Pondus argenti ascendit ad Marc: 9 Vnci. - 14

* Conuentus cum capella seu cella sit rotunda flammis depictus in Castellum conuertetur. Si omnia cum Conuentu pereant.



1 Secundus

SECVNDVM ALTARE est
Sub titulo BPN. S Francisci Stigma
Fisati
In Imagine eius affixa sunt tñ lamine
argentee Tres
Imá Pond: Vne = 2. & media
2da Pond Vnè: 3. fine quin
3tia Pond Vñ 2 fine quin.
In hoc Altari est Imago ligned Crucifixi D
N.S. Christi in qua Imagine affixa sunt
Lamine argentee
Imá Pond Vne: 2 fine quin
2da Pond Vne = 2.
3tia Pond Vne 3. fine quin
4ta Pond Vne = 7.
Reliquiarium argenteum Pond Vne: — 9. fine quin
Corona in Capite Imag argent Pond Vne: 4 fine quin
~~In summa Pondus Argenti in hoc Altari asce~~
~~dit ad~~ Crux argentea Pond Vñ. 1.
Imago dicta in altari B. V. N.
Francisci de nouo picta est pro
qua dati sunt Floreni — 5 — 0
~~Adaucta~~
Lamina in qua Scriptus est IHSVS
ad imaginem Crucifixi spectans
Pond Vñ — 8 & quin
Item Lamina Argen Pond Vne: 1 & med.
In Summa Pondus Argenti in Imagi
ne S. Francisci B. V. N. affixi ascen
dit ad Vñ 1 & mediam.

Item Pondus Argenti in imagine
Crucifixi D. N. I. Chi in altari S.
B. V. N. collocati ascendit ad
mpre: 1. Vñ — 13 & median

TERTIVM ALTARE

Sub Titulo S Antonij de Padua

In eius Imagine affixa sunt Corona dua supra caput S. Antonij Una flor Pond

Zda supra caput S Puerli Jesu Valor flor

Pond ~~mar:~~ 3. Amba deaurata ~~flor~~ 16

~~Item affixa est Corona Argentea Valor floren~~

~~Pond: 15 Pond 12~~ Vide infra

Item Lilium Argenteum Valor: flor 26

Pond: mar: 1.

Item Lamina Argentea 8

Ima Pond — Vnc: 8 & med

zda Pond — Vnc 4 sine quin

3tia Pond Vnc 1 & med

4ta Pond Vnc 1 & med

5ta Pond Vnc 3 & med

6ta Pond vnc 1. & quinc

7ma Pond vnc 2 sine quin

8va Pond vnc 1 & quinc

Item Cuices Argentea ~~Rotun~~ 2

Ima Pond Vnc 2. sine quin

zda Pond Vnc semi Vncia

3tia Pond Vnc semi Vncia

4ta Pond Vnc semi Vncia

5ta Pond Vnc Vnc 1 & quin

6ta Pond Vnc semi Vncia

7ma Pond Vnc 1. & quin

8va Pond Vnc semi Vncia

Item Corcula argentea

Imun Pond

Adaugeta

Item chorda argentea ~~pond~~ ma

Valoris Florer. 15 Pond Vn — 12.

Item Margines libri argentei Pond.

Vnc. 15 Valoris Florer 20


Item tunicella in imagine Puerli

Jesu argentea Ponder mar. 1 Vn. 6

valoris Florer Polon 21

In Summa Pondus argenti in imagine


Ferine S. Antonii a fixi a sceu
sed. marcas 1 vnc. 1.



Quart 5

QVARTVM ALTARE est

Sub Titulo Sancte Anne nil est in eo de Argento





Amice Lector.

Instabilitas mundanorũ, fortunæq; inconstantia, his in Foliis, tuos in se conuertit oculos: Vide et attende, quam subito casu, quæ ualuere corruerint, vide quam sit breuis, magni fortuna fauoris. Ex quô conuentus iste fundatus constitit, vix decim annis exuisus est fortuna; et vbi incipiebat, hostili succensus foco, ibi desiit esse: Sublatus est, sublata cum illo alia, alia diminuta, alia variata fuêre. Ne tamen primorũ suorum fundamentorum memoria pereat his, ut aduertere vales, hoc in libro adnotata, transuersis paragrapha sata sunt lineis: Quo nouo interim Conuentu ædificando, ac registrando — sequentia sequentia tibi, vel diligenti Secretario superflua habeto Folia. in quibus noua, nouo possis adnotare ac registrare Ordine, memor præcipue, vt reædificata et aucta, in prima parte cuiuslibet Folii diminuti registres, pro futura vero mutatione, cum tempore ventura, secundam reserues partem.

Vale!

Anno Domini

1. 6. 6. 8. 24. Maij.

Superatis multis difficultatibus, de quibus si placet, lege superius verbo Acta Conventus ab Anno Dñi 1663. Rev.mus Dnus Albertus Dobrzelowski Archidiaconus et Officialis Eccl. Postnan. Authoritate sibi commissâ ab Illmo et Rev.mo Dño Stephano Wierzbowski Dei et Sedis Apolicæ gratiâ Epiſco Ostnan. Angularem Lapidem, pro futura Ecclia tituli S.ti Antonii de Padua, in ipsa Civitate Po. Snan sub Monticelo ad Arcem posuit. Anno vero sequenti, 1669 S.a Domus Lauretana primò: Eadem, 1670 forma Sepulchralis, ac Ecclesiuncula pro Divinis Celebrandis stetit. In quam die eiusdem anni, 1670, May 18 Introv: Lectio Memris Imaginis Miraculosæ B. Virginis Mariæ, atq; Confraternitatum S.ti Francisci et S.ti Antonii facta est. ac Altaria erecta fuerunt. Sequentibus vero annis cum adjutorio Dei Ecclesia lata murata de latere coepta et major pars Conventus ædificatus maxime curâ et Adalberti Gradij et Succedentium Superiorum Pictura Pris et Adami Serwik exornata Ecclesia, ipsimet ex labore turres duæ in Eccle. sia steterunt constantes ad Sedem usq; Fenestrarum coopertæ Anno 1729 consummatæ

Altare Primum

Majus

Sub Patrocinio

Altare. Secundum
Sub Patrocinio.

Vala Argentea Altaris eiusdem Capellæ seruientia sunt numero.

§ Mostratorium Argenteum a

1. Gnoso Dño Kolnicki Comparatum in partibg deauratum Pond. Mar. 1 Vn. 6

2. Pixis argentea deaurata ad Corpus Dñi ta argento puro par 5. Vnc 12

1. Calix argenteus deauratg ad Coppam Dñi: satg Argento puro cum patina pond Ab Rndo Dño Matthæo Korzynio Commendatario S Adalberti donatg Pond Marc — 3.

2. Calix Argenteg deauratg ad Coppam Dñi satg argento puro cum Patina Pond A Gnosn Dña Catharina de Rybie Popowska Fundatrice donatg Pond Mar 1. Vnc 15 Zgrd.

3. Calix argenteg cum Patina albg, cum patina Una parte deaurata. Pond A Gnosn Illm et Adm Rdo Dño Sigismundo Celecki Prapposito Gnesnen Posnanien Plocens Cracovien et Canco Donatg Pond mar: 3 Vnc 4 Drach

4. Calix argenteg deauratg ad Coppam Dñi satg cum patina Pond mar 3 Vnc — 6 A Dño N Kotowicz donatg

5. Calix argenteg deauratg ad Coppam Dñi satg Argento puro pond per Fr Lucam Pyzcinski Sartorem Comparatg Pond mar 2. Vn: 6.

6. Calix argenteg totg deauratg cum patina: Pond. A famata Dña Jarbierka Senatrice Donatg Anno Dñi 1650 Pond mar: 3. Vnc 1

1. Calix argenteg deauratg ad Coppam Dñi satg argento puro et Patina Pond Mar 3 A Gnoso Dño Gniezinski donatg Vnc 20 Drach.

8 Calix Argenteg deauratg ad Coppam Dñi satg Argento puro cum patina Pond: mar- [illegible]

	A famato Dno Luca Warlenski incolla Nour appens donatq ~~Mori mar 4 Un.~~	Iste Calix venditus est sub tempus exilii A. D. 16.5.5.
9.	Crux Argentea ponder marc 6 Unc 1	
10.	Pelus deaurati, cum aguali a Gnoso Dno de Morzeloco Joanne Roskowski Pleb. Pati Alberto zawadio Suffr. Cant, in Dmi memoriam pro illustri opera, circa Roficacionem eius Capelle Pyxidis impensa, ac aliorum in se mentorum debita Ab Admo Rndo Pre Cantur donata Pond mar 11 Valoris Florenorum Sexcentorum ~~duc 3.~~	Jsta Pelus cum suo aguali venditus est sub tempus exilii Anno D. 1. 6. 5. 5. ~ Pro Communibus Regni ac Conventus necessitatibus
11.	Duo Candelabra Argentea pond 24 Valo Marcar 520 ~~florr~~ donata a Gnoso Domino Nicolao Wybranowski	Jsta Candelabra venditus sunt sub tempus exilii Anno D. 16.5.5. pro dictis supra necessitatib9
12.	Calix deauratus argenteus pond marcarū 1. Valoris 114 florenō:	
1	Calix decimus Argenteus deauratus pond mar. 1 Un 1	
	In Summa Ponderis Argen in Ecclesia Sacrana ascendit ad marcas — Centū sex. Uncias 1.	

INVENTARIVM.

Conuentus.

Conuentus situs est in loco Aggere in dextra Srzem eundo iuxta Viam Publicam ex Vna et Flauium ex altera partibus ad Pontem. Habet Longitudinis faciem Versus Viam publicam a Domo seu Lapidea Srzodczyna dicta ad Littus Fluuij Warta mensuratus Cubit: ~~132~~ 80 Latitudinis a Via publica ad littus fluuij Cubitos 130: Circum circa obmensuratur Cubitos.

Sunt in Eo Aedificia.

Primum Aedificium ad modum Domus Prutenico more fabricatum argilla sicut et Capella lautum recto tractu a Capella ductum iuxta fundum Srodczyn ex Vna parte longitud cubit. 76 Latitud cubit. 17 Studio Adm R P Bonauentura Kaczkowski Commis Conty extructi.

In eius inferiori parte

Est Sacrariolum, Cella, Atrium et Hypocaustum

In Superiori parte eiusdē

Sunt Cellae numero duodecem cum Mensis, sedibus Lectis, fenestris

Secundum Aedificium est ligneum Lapideo iunctum longitud Cubit et Latitud Cubit: Studio Adm R P Francisci Marcinkowski Atrium et S. TD tunc Guardiani Conty Constructum.

In Inferiori parte Aedificij eius

Est Refectorium Commune, omnibus requisitis praecipue lauatorio stanneo Per Adm R P Albertum Zacwalium Guardianum Conty Comparatum Florenis Polonicis Centum Quadraginta 6. Anno Dni 1654 die 1. Augusti et Supellectili Fratrum accommoda

Lapideo Vero eiusdem parte inferiori.

Est Culina cum omni Supellectili sibi seruienti, promptuariolum, officina pistoria, et paruentiarolus locus, sub his Vero Cellani duo Vel Fornices

In Superiori parte Aedificij

Est Camera Adm R P Guardiani Conty cum omnibus requisitis et promptuariola versus Viam publicam

In superiori parte Lapideo.

Hypocaustum in quo cum aliis omnes Libri Conty asseruantur et Camera cum omnibus requisitis.

Tertium Aedificium et ad Cursus Fluvij innixum pedes longitud: Cub:
Latitud Cubit: Studio Adm R Patris Francisci Marcinkowski S T D Guardiani
Conventus Constructum Admodū vero R Patris Sebastiani Kamski Cura finita

In prima eius inferioris partis medietate
officina asseruandorum Curruum
Superioris vero Granarium
In secunda medietate
Stabulum Inferius
Superius
Locus pro Ferro asseruando

Quartum aedificium est ad eidem Cursus fluvij innixum pedes obliquo planum tractu ductum longitud Cubit. Latitud: Cub Studio Adm R Pdi P Alberti Zawadzki Guardiani Conty a fundamentis erectum vna cum septo ruxta Cursus Fluvij ab eo ad fundum Szodczynskie ex asseribus confectis Anno Dni 1653.

In hoc aedificio sunt

1. Officina ferraria cum omnibus requisitis
2. Officina Braxatoria cum omnibus requisitis tam quo ad Cerevisiam coquendam quam ad Braseum comparandum. In omnibus autem his aedificijs summa elucet paupertas vtinam aliquando reformanda.

Hic Conventus cum omnibus adiacentijs suis in Cautelam hostili Incursionis Succensus Loco redactus est Anno Dni 1656. Die 13 Mensis Martii. alius remanet edificandus: in quo registrando aduertere debet diligens Secretarius vt in prima Carte dimidiati folii (sicut et alia censentur registranda) eundem registret, seruata secunda Carte dimidiate facie, pro futuro suo statu, incrementoq; aut decremento adnotando.

Novi ad S. Rochum Conty descriptio

Ea est rerum creatarum natura, vt non tam
sint, quàm fiant, rerum illa, continuè non subiecta vicissitudini, et
omnia mutabili ad nutum potentis obedire, Itaque sa-
1000. G. D. Antonij Wronski.	50.	35	Kornik cum Attinentijs.	Missæ lectæ quolibet Annō sexdecem.			

Capitale. Fundator.	Census ex Inscriptione.	Census Modernus.	In Bonis.	Obligationes Lectæ.	Obligationes Cantatæ.	Ex Reductione Lectæ.	Cantatæ.
1000. I. A. Dñi Mathiæ Biernacki Sacerdotis.	50.	35	Pniewy cum Attinentijs.	Missæ lectæ septendecem per annum.			
1000. G. D. Constantini Woynicz.	50.	35	Pniewy cum Attinentijs.	Missæ lectæ septendecem per Annum.			
3000. G. Virginis Franciscæ Szoldrska.		105		Missæ per annum 26			Anniversaria duo p annum cũ Miss: Cant 2.
4000. M. Dñæ Hedvigis Sorecha.		140		Qualibet Hebdomadã Missa cũ duã lectã.		Missæ Mro 70, per annu' fer 4ta et Sabb: ad altare SS M V.	

Regula pro absolvendis Missis Fundationalibus.

Missæ Fundationales celebrentur juxta Reductionem factam; Etsi census a Summis percipientur in toto, etiam obligationes erunt persolvendæ in toto. Si vero nullus percipietur census, nulla etiam erit obligatio, sed manifestandum erit coram Notario Apostolico ratione non solutionis census. Stante vero mediâ vel inadequata solutione, Missæ celebrabuntur per medium, vel proportionatè: ita, ut Missa una lecta Fundationalis habeat ordinariam solutionem Tinfiones duos, cantata Tinfiones tres. Officium Defunctorum lectum cum Missa cantata, Tinfiones sex. Officium Defunctorum cantatum cum Missa cantata Tinfiones quatuordecem.

Ex speciali Indulto SSmi Dñi Papæ Benedicti XIV fecimus hanc Reductionem Missarum pro Conventu nostro Posnaniensi, cujus robur ac vator ut perpetuis temporibus existat, manus nostras cum sigillo apponimus. Datt: in eodem Cntu A.D. 1754 die 28 Januarÿ

Fr Andreas B[illegible]owski Mar Pcus, Lector Gsls m.

Fr. Bonaventura Gorczynski
Secretarius et Gs Provid
mpp

In Nomine Domini. Amen.

Cum Adm Rndus Pr Mgr Casimirus Korczynski Min Provin. Provincialis Gentis, ante Capitulum Generale, Romæ hoc Anno 1777 celebratum, scripsisset Romam, ac in fundamento Novellæ Constitutionis Regni, in Comitijs Petrikoviensibus, Clerum Ecclesiasticum, à Jurisdictione Ecclesiasticâ, etiam Fundalibus, habitum, à quolibet Mille, per Florenos Polonicos Quinq; stabilientis et declarantis, debere Quartum solvi; in fundamento itaq; hujus Constitutionis Regni, diminutis prædictis Censibus, supplicasset Romam pro Reductione Missarum, ab Obligatis earum, gratiosum recepit Responsum quod hic de Verbo ad Verbum inseritur.

„Quantum ad Petitum in Ordine reductionis Missarum, pro Peculiaribus „Fundationibus perpetuis absolvendarum; præfatus Benignitate Sua Reverendissimus Patrius „Adm Rndus Pater Ministro Provinciali futuro, qui electivus est, quam adhuc habet „concessam sibi pro spatio Unius Anni à Sede Apostolica: reducendi Missas duarum „simul ad Unam reductas in prima Sui Visitatione. Et quoniam Sedes Apostolica consuevit „ab hac remediandi diminutionem Censuum, itaq; reducendi juxta Missæ respectare „ad modernos Census, absq; damno Illorum, pro quibus Obligationes perdurantur.„

Hinc ex Litteris Adm Rndi Patris Mgri Petri Pokrzewski Definitoris Petri Provin. Russiæ, Stabilientis Colonianum Romæ 28 Aprilis Ao 1777 datis, deprecatus Ipsius in Fundamento talis concessionis et gratiæ, in Conventu Nostro Leopoliensi, sub Regimine Adm Patris Ministri Provincialis, præsentis reductionis operam dedimus, et quia Visitationem videntis Summis capitalibus ab Obligationibus ad Eadem absolvendis, nullus pervenimus præter sequentes Anno Martyni Pernicowski in Synagoga Leopoliensi 28 fl. Mariannæ Mroczyńskiej in Bonis Lipnik Filiæ M. Strzałki. Et Leonardi Jo Leopoliensis et Nadarzyce ac alijs Bonis, Ita Gio Nicolai Strzałkowski Jo Ille Leopoliensis Ita Gio Jacobi Strzałkowski in Bonis Strzelczyn. Ita Gio Francisci Strzemski in Synagoga Leopoliensi Locatus et inscriptus gravaminando Ipse non convenire Summæ Provisionali, ipsius antiquæ reductionis facta Ao Dni 1759 die 18 Mensis Januarij. Mandavimus esse cessandum, prædict hac Supra enumeratas respectabat, quas in modum ut Ei pateat perficiamus, die 6ta Mensis Aprilis. Anno Dni 1778 to.

Ita Petrus Krajewski Minister Provi

Dominicus Jarski

Ita Joannes Cantius Marszałł Secretus

Stanisł Dom. Jarski Definitor mpp

Laudetur Jesus Christus Amen.

Propositum ab Adm Rndo Pre Mgro Theophilo Pierowicz Guardiano Posnaniens: coram Definitorio in Capitulo Provinciali Gradicio Diebus 29 Junij et Sequentibus Anno 1777 celebrato Desiderium, quatenus in Conventu Posnaniensi die 25a Martij, id est die Festo S. Cathedrae Patroni Regni Poloniae, omnes Presbyteri, quotquot actu manebunt, quadragenis ad honorem Illustrissimi Domini Dni Adalberti Raczynski Equitis Aquilae Albae ac S. Stanislai Epi et Martyris, Capitanei Posnaniensis vti Benefactoris sui Amplissimi, celebrent Missas Sacrificia Pro die Festo, pro felicissimo Statu Illustris Familiae successu, ac incolumitate.

Quibus desiderijs vti satisfiat, V.V. Patres Definitorium committit Adm Rndo Patri Mgro Petro Krajewski Ministro Provinciali, ac Commissario Generali, dictam gratiam impetrari, ac Instrumentum Authenticum, super praemissis extradi.

Qui Adm Rndus Pr Provincialis, sub tempus actualis Conventus Posnaniensis Visitationis ab eodem Illustrissimo Raczynski Capitaneo, gratijs et beneficijs, dicto Conventui Posnaniensi exhibitis, demandavit ab ijs petierit quatenus die ut supra, omnes Presbyteri, quotquot Missae Sacrificia celebrent ad Intentionem Illustrissimi Raczynski Capitanei Deumq; pro tota Illustri Familia, ac felicissimo Successu exorent. In cujus fidem praesens Instrumentum dedimus Conventu Posnaniensi, magno Meo subscriptum et Sigillo Provinciali munitum. Datum: Die 15 Mensis Aprilis, Anno Domini 1778.

Ita Petrus Krajewski
Minister Provincialis manu propria

Fr. Joannes Casimirus Blaszkiewicz Secretarius
Provinciae Custos Gradicensis manu propria

Approbatio Fundationum pro Conventu Posnaniensi

Approbat VV. Definitorium Summam fundationalem Florenorum Mille cum onere Missarum lectarum Sexdecem quolibet Annô, item unius cantatæ cum officio Defunctorum pro anima Mci Dñi Antonii Zakrzewski, Castellanicæ ~~Premensis~~ Santocensis. Secundam eidem Conventui etiam Florenorum Mille cum obligatione Missarum Sexdecem quolibet Anno legendarum pro anima Gnósi Dñi Antonii Wronski. Tertiam pariter Florenorum Mille cum onere quindecem Missarum lectarum & unius Anniversarii quolibet Annô pro animabus Gabrielis, Justinæ & Juliannæ Woyciccionum. Quæ omnes tres Summæ locatæ sunt a Conventu in Bonis Kornik aliisq Mcæ Dñæ Thevphilæ de Działyńskie Potulicka Capitaneæ Borzechoviensis & censu per Quinquè non obstantibus quibuscunq occurrentiis integrè solvendo. Quodsi non effectuaretur sinè culpa Conventus, obligatio erit Missarum persolvendarum proportionatè ad solutionem censuum. Eidem Conventui Posnaniensi approbat VV. Definitorium Summam Fundationalem Trium Millium Florenorum Polonicalium in Synagoga Posnaniensi hærentium a Gnósa Dña Ursula Srzemska legatorum per testamentum Annô Psenti 1759 Feria 3tia post Dominicam Septuagesimæ proximam in Actis Castrensibus Posnaniensibus roboratam, ex censu post Fata Ejus & Gnósi Mariti recipiendo, cum onere unius Missæ ad Altare privilegiatum qualibet Hebdomada persolvendæ, pro anima illius, Mariti et Consanguineorum utriusq.

Fideliter extraxi ex Actis Próæ & Actis hujus Conventus sub tempus 2dæ Visitationis Formalis A.R.P.M. Paulini Lkowski Minri Próalis Commissarii Gnalis ingrossati Anno Dñi 1760 die 3. Februarii.

Fr Hieronymus Cichocki Secretarius & Asns Próæ
Guardianus Gedanen. Notarius Aplicus mpp.

Series et Numerus Patrum huius Conventus

210

Si Series Patrum hujus Conventus tantum praestiterit huic Conventui
prout haec nuda Charta


LIBER
DECRETORVM
In Fauorem & Cor-
rectionem Istius
CONVENTVS
LATORVM

Lubrica Ffens humana a Sua adolescentia prona ad malitia, nunquam etiam in suauissimo Spiritualis Vitæ constans persistere gradu, nec ad sublimiora se erigens æterna felicitatis præmia assequi valet sine disciplina. Virga tua et baculg tuus ipsa me consolata sunt aiebat Psalmista psal: 22 at quæ Virga, qualis Baculg disciplina tua tanquam ad oregem Ouium et tanquam Baculg etiam ad grandiores filios et ab animali Vita ad Spiritualem crescentes ipsa me non afflixerat magis quam consolata sunt Respondet Aureus s. Aug Enarrat: Psal: 22 sane Disciplina Virga est infirmer nantiu, Virga labentium, Virga directionis beatificanda. Virga errantes dirigens Facinorosos corrigens deuotos Zelo charitatis accendens. Virga Aaron: Florida animos florere, germinans, stentes germinare faciens. Virga pascens et regens Virga et Baculus disciplinæ. Baculus ab animali ad spiritualem Vitam ascendentes Baculus terrena despiciens æterna sapientiæ. Virga et Baculg cuilibet in Deo mersum parans aduersg eos qui se tribulant Virga et Baculus impinguans in Oleo mentem Spirituali gratia et calix dens Vanarum delectationum gratam inebrians charitate Vitæ æternæ. Et Testimonio s Cypriani custodiens spem retinens fidem ducens itinere salutari fouens ac nutriens bonam indolem Virtutes generans, faciens in Christo manere. Semper ac iugiter Deo viuere. Conuentg iste quanquam Dei gratia ab incepta non desciscat obseruantia Regulari, quia tamen (Dicente s Gregor) ex consortio mundanarum rerum necesse est etiam Religiosa corda torpescere, ne aliquando ipsi in statu perfectionis deficere, et ad promissa æternæ Vitæ segnem progredi contingat hac quæ sequa disciplina Decretis videlicet superiorum suorum eruditi æternæ.

Primum Decretum.

In Capitulo Petricouiæ Celebrato, Sancitu est, per Patres Diffinitores, vt pro laboribus et fatigationibus expeditis Concionatores, Currentes Eleemosynas ex tabella concionis in via Satisfactionis, toties quoties fuerint concionati recipiant. Exceptis festis omnibus primæ et 2dæ Classis, et festo Portiuncule. In quorum fidem &c Datis Romæ die 28 Febr. 1652.

Hoc Decretum in Conuocatione Pilsnensi 1653. 4 Februarij per Venerandum Diff. Sacrosanctæ Vti nocuum bono v fama Relig. s subditi.

Breue Vrbani Papæ VIII. pro Communi Vita seruanda.

VRBANVS PP. VIII.

Hęc Bulla non est in vsu nęc fortassis recepta: consulendi Superiores erunt.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Imposuit nobis per abundantiam Diuinæ gratiæ Pastoralis Officij debitum postulat, vt in his per quæ Christi fideles qui spretis huius seculi vanitatibus Diuinis Numinis obsequijs sese mancipauerunt, à curis secularibus soluti vota sua Deo in spiritu humilitatis exoluere valeant, vigilantiæ Nræ studium sedulo intendamus, eaq; statuamus & decernamus quæ prospere eorundem Christi fidelium directioni felicioris incrementò conspicimus in Domino salubriter expedire. Licet siquidem alias nos per Nostras in simili formâ Breuis expeditas literas Constitutiones tunc Nouiter editas Vrbanas Nuncupatas Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conuentualium Nuncupatorum authoritate Apostolica approbantes & confirmantes, humanæ fragilitati compatientes, ac præsentis status, eiusdem Ordinis, habita ratione vsum communis depositi permiserimus; Nihilominus sicut accepimus dilecti filij Fres dicti Ordinis in Prouincia Polonię existentes excellentioris dictarum Constitutionum Obseruantiæ zelo ducti vitam victus & vestitum communem obseruare proposuerint; ac denuper Muneris Nostri partes interponi summopere desiderent. Nos attendentes Mentis et Intentionis Nostræ non fuisse per approbationem et confirmationem Nostras præfatas exactiorem Voti Paupertatis per dictos Fres emissi Obseruantiam illis et ipsis Fribus, qui eam sequi possent et vellent prohibere atq; quorum ipsorum Frum dicti Regni desiderium in præmissis plurimum in Dño commendantes. Motu proprio & ex certa scientia ac Matura deliberatione Nostra Apostolicæ authoritate tenore præsentium statuimus et Ordinamus Fres dicti Ordinis in præfata Prouincia Polonię existentes vitam victus & vestitus communem obseruare non solum posse verum etiam ad exactam illius obseruantiam omnino dictis Constitutionibus non obstantibus teneri et obligatos existere, atq; ad id per eiusdem Ordinis Superiores opportunis remedijs cogi & compelli posse atq; ab omnibus teneri & ita per quoscunq; Iudices & Comissarios quauis authoritate fungentes, iudicari & definiri debere ac irritum irri & inane si secus super his à quouis quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apłicis ac quibusuis aliis dicti Ordinis etiam iuramento Confirmatione Apostolica Vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus Priuilegijs quoq; indultis ac Nostris præfatis & quibusuis aliis literis Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus et formis, ac cum quibusuis dictis & Decretis in Contrarium præmissorum

rum quomodolibet concessis confirmatis & innouatis. Quibus omnibus & singulis eorum tenorem præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus cæterisq; contrariis quibus-cumq; Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij Publici subscriptis & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muniti eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV Januarij M. DC.XXXI. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

M A Maraldus.

Decreta V. Definitorij Almæ Prouinciæ Poloniæ Ordis Minorũ Conuentũ S. Fran in Capto Innouladislauien Anno 1654 die 23 Octobr Præsidente Adõ R. Pre Francisco Marcinowsky Commissario Generali Facta.

Primum.

Attendant Omnes Superiores ut in omnibus Sanctæ Constitõnes obseruent.

Secundum.

Præter depositũ Communæ Eleemosynarũ erigatur Erariũ pro particularibus Eleemosynis Conseruandis, extra quod si aliquis aliud se multo magis extra Conuentum apud Seculares deprehensus fuerit quod aliquam pecuniam habuerit, deposuerit non Excommunicationis pœnam sciat se incurrisse.

Tertium.

Erarium istud vbiq; omnino intra duos menses erigatur sub pœna privationis officij Patribus Custodibus & Quardianis.

Quartum.

Vt aut Confidenter Patres & Fratres eleemosynas suas deferant ac reponent concedimus Patribus Conuentuum qui ad Consilium admittuntur eligere sibi seorsum depositarios & Custodes Erarij, qui Nulla Vigilantia retione permittent quicquam ex erariis extrahere nisi ad necessitates Fratrum: nec Superior quicquam de his pecuniis disponere possit præter licentiam pro Necessitate Cuiusq; Fratres recurrentes ad Quardianum

Quintum.

In electione Custodum Erarij Superior loci ut in alijs electionibus præsideat, non poterit tamen Candidatos ad hanc Electionem proponere

Deus

Sextum.

Dum Tribus necessaria danda erunt dentur in specie iam preparata, non in pecunijs: ideo ut maledicta proprietas eradicetur, & vniformitas in amictu seruetur.

Septimum.

Ideoq; Capucia cum larga Cinctura Cordaru ad mamillas more seculari portare, tonsuras latas, & oculati, indusia cu Vanitatibus, paruina ria more seculari scandalose ornata, & omnes alias superfluas Vanitates omnino tollimus, ac abolemus, iisq; vtentes ad priuationem vtriusq; vocis Condemnamus non restituendos nisi in Capto vel Congregone diffinitorij. alij idq; consentientibus tribus partibus Diffinitorij, Eadem pena statuitur contra abusus omnes Longitudinem habitus idq; iuxta prescriptam Constitutionem tam quo ad latitudinem quã latitudinem

Octauum.

Cantus firmus singulis diebus hora vna post prandium à Superioribus Localibus qui magis commode videbit assignanda ces tres Professi & Sacerdotes iuniores attendente Vicario, Lectori vel alio Ire Abbate cantus super quo inuigilent Superiores locales & absentes omnino cogant

Nonum.

In singulis Conuentibus vbi ad minus decem Fres manent legentur & alij, quo cautore casus conscientiæ bis in Hebdomada ex vtq; lectionibus bis itidem conferentiæ fiant ad mensam. In alijs vero Conuentibus insignioribus Lectores casuum instituantur, nec hoc exercitium vnquam intermittatur sub pena priuationis officij Superioribus loci.

Decimum.

Tempore Diuini officij, quantum fieri pt nulli detur licentia ad Ciuitatem, pter officiales Conuentus vbi ut sicut ad mensam numerose accreditur ita eadem assistatur Maiestati. Superior negligens grauissimis penis publice puniatur. in Visitatione etiam si opus fuerit officio priuetur

Vndecimum.

Otijo aliisq; exercitijs ut pote meditatione, disciplina Nulli eximuntur nisi quos excipiunt Constitutiones, Litaniisq; quæ quotidie Vesperi decantanda erunt cum examine Conscientiæ Omnes Sacerdotes, Clerici & Studentes quam non Laici adesse teneantur, sub pena publicæ Mortificationis pro qualitate negligentiæ.

Duodecimum.

Quicunq; debita aliqua maxime in suis Superioribus contrahere ausus fuerit omnino toties quoties subeat pena in Constitutionibus fol 150. N. 4

Decimum Tertium.

De Ebrietate Matre proprietatis & rixarum quicunq; notatus fuerit ter, priuetur actibus legitimis non restituendus nisi per Sabbi Definitorium vel in Capto, vel in Diffinitorio Diffinitione; idq; de ijs fiat qui post pulsum sacri Vesperini reuertantur nisi graui necessitate Conuentus vel religionis exigente, prout Superior iudicauerit.

Dem

Decimum Quartum.

Promotiones ad gradus et dignitates nulla fiant, nisi de consensu Vndi Diffinitorij et aliqua obtenta fuerint alter nullius sint roboris. Eas particulares omnino tollimus sub pena proprietatis.

Decimum Quintum.

Celebrantis tabula ad mensam semper legatur vt pateat et absentanti ansa se negligentia, et Eleemosynae quaeritas.

Decimum Sextum.

Circa Moniales earumq; Clausularum omnino seruentur Decreta Summi Pontificis et Sacri Concilij Tridentini. Super quo A. R. P. Praesidis omnino seuere inuigilet sub pena iuris de clausura Monialium prescripta. Pariter actus personales ad resignationes semel in Anno ad remissionem bonorum Confessarij et Medici non nisi semel in Triennio idq; maxima exigente necessitate, sub pena Excommunicationis non exeant. Accessus ad Grates, Nulli concedatur nisi in scripto ab ipso A. R. P. Praesidi sub pena excessus ipso facto incurrenda tam Secularibus quam Regularium quam ~~Secularium~~ sacerdotum Secularium

Fr Franciscus Marianowsky
Commissarius Visitator Ordinis
Capite mpp

(Locus Sigilli)

Fr Ludovicus Starkowski
Secretarius mpp

Venerandum Diffinitorium in Capitulo Vacauiensi Anno D. 1670. die 8 Octobris congregatum, Praesidente Adm. Rndo Fre Ignatio Lewiowski Commissario Generali, ad instantiam Adm. Rdi Patris Alberti Kawady Diffinitoris Gorgetini sub Conuentu Sochaniensi infrascripta concessit Decreta. Videlicet.

Imo. Confirmauit contractum inter Nobiles comitem Sabauina Skaukowa, et Conuentum Gostinensem, domicellam Nawa Slebania dictam, eid concedendo ad vitae tempora, dummodo Conuentus iuxta Submissionem dicto Dno Bonum eius habere excaetur.

2do Quia Conuentus ad Smi Rochum de Sono fundatus assurrexit, fuit de angustos habet limites quadruandi, Indulsit ergo Diffinitorium concessit dicto Conuentui quadruationem suam extendendi facultatem vsq; ad pagum Gorka dictum inclusiue. Retui Vero Oborniczensi prohibuit, ne fluuium Warta dictum quadruando transgrediatur, qua respicit Sochaniam.

3tio Idem Ordinis Diffinitorium considerans inconuenientias, quae exoriuntur ex paruitate ad ista accurrentium, Sessione 3ia Die 8 Octobris statuit, vt in posterum à Vnis Diffinitoris candidati eligantur et abeant Duo Fres Praesidente Capite demittendi Duos Diffinitoribus quatuor Magistri ex quatuor simplices, ex quibus quatuor tantum admittent, duos videlicet Magros, et duos simplices, vt moris abauitrgus habet Provincia.

Ita est Fr Adrianus Lazarzynski Secretarius Provinciae mpp

Anno Dni 1662 die 5 February

Decreta Vndi Diffinitorij in Conuocatione Bremensi sancita.

Cum Seraphici Pris Iuorum Ordinis institutio, in Regula eiusd. Smi Pris et Ris Constitutionibus Vrbanis Nris ad amussim comprehensa sit; Quoniam tamen aliqua puncta earundem Constitutionum non adeo dilucidanda, clare cernentur, ne ritorem diminuere Vniformitati, quae praesertim Benefactorum oculos offendere sepe consueuit, derogare videamur; super quo a nouis formandis Ordinibus ne conscientias aggrauare iudicaremur, ante supersedimus; haec pro obseruantia Regulari manutenenda, eiusq incremento ex mente Vndi Diffinitorij nuper Anno Dni 1662 die 5 Februarij in Conu Bremen ad Conuocationem Intermediam Capituli celebrandi ordinata publicamus.

Et quidem

Nouellis plantis proficuum. Nouitij Presbyteri, si qui fuerint, Fratrum et Saecularium confessiones non excipiant; neq Nouitij Clerici in Ecclesia praedicent.

Ad Professionem non admittantur nisi Cantum Choralem calluerint, vel saltem bona principia habuerint, cum spe addiscendi Iudicio Superioris, Magistri Nouitiorum, et Dis. de Consilio acceptanda; Ad quem effectum vbi Nouitiatus erupt, vna hora pomeridiana assignetur: Cui studio etiam nouitij Professi, imo et Iuniores Sacerdotes adesse tenebuntur, primum Instructore Musices talis Cantus reputato. Negligentes autem, vel iussum Superioris contemnentes puniantur.

Nouitij in Ceremonijs Religionis sedulo instituantur, Nonnisi per duas ad minimum hebdomadas quibstent alias tempus quod in quaestuatione consumpserunt, in Annum Probationis ad emittendam Professionem non computatur; super quo Conscientia Superiorum aggrauatur.

Vsus Alearum, Taxillorum serie interdicitur, cum in priuatis Conuentibus, tum vel maxime vbi Seminaria sunt, ne forte aliquod oriatur scandalum: Permittitur tamen in Infirmaria aut alio remotiori a frequentia discurrentium loco, et hoc quantum fieri potest rarissime.

Pareticus quomodocunq etiam vltimy alias munerandis, nulli cuiuscunq Status et Conditionis fuerit, ad ornandam Cameram vti permittitur, aut aliquo discrepantis coloris vestem inter Clericum et Religiosi consueta Pannum. Quod tamen Superioribus et personis Dignitatis non interdicitur, ad vogeriendum ducatas aut currum; dummodo luxus saecularibus scandalosus absit. Coltrina vero versicolorata totaliter aboleantur.

Pulmonaria vero quae superiora nonnisi senioribus, et Aegrotis permittuntur, quibus nihil nominus in diuersorijs Viarum nullatenus vtendum.

Conferentia in Locis conuentia fiunt ad minus in Hebdomada semel quas AA.RR.PP. Guardiani vel RR.PP. Praedicatores in absentia eorum, alij proponant Fratribus et Patribus.

Caniria alias Indusia inx Ss. constanter omni fastu careant, nec sint extremarum plicata praesertim cum nodulis alias kovonki nuncupatis.

Arma offensiua in Cellis priuatis nullomodo tolerentur, etiam neq in Via illorum vsus fiat, nisi adsit probabile periculum, et hoc cautissime, ob scandalum euitandum quo periculo cessante arma amoueantur.

In Ieiunijs Superiores cum Fratribus non facile dispensent, in quo aggrauatur Conscientia Superiorum, nisi forte in grauissima necessitate; quod ne dum de Ieiunijs

ab

ab Ecclesia, sed etiam a Religione Nra sanctis strictissime intelligendum.

Libri prohibiti et Hæretici aut amoueantur, aut fidelissime obseruentur.

Vniformitas Habituum seruetur, idq ad præscriptum Ss Constonum in caput Secundum Regulæ tituli 24. Pannus non sit pretiosus, caputium num: 6. circumscriptum, manicarum latitudo ad medium cubitum, et duos ad summum digitos; longitudo extremitatem digiti, attingens, plicaturæ aliæ 4 aut 5 sint tantum octo ad maximum decem, et hoc tantum rone staturæ et prouinciei, in quibus Caribus Summor Pontificum Decreta, quo ad amplitudinem seruandam permittunt proportionem; nunquam tamen octo cubitos amplitudo excedat.

Pilei non sint nimis alti, secularium vedentes usum, et extrinseca pellium obductione vt vocant Mylogi, careant; guibus extra ambitum Contus non extendum. Usus autem eor iuxta antiquam huius Prouinciæ consuetudinem, solis Superioribus et Guardianis permittitur, atq Patribus semi senectis [illegible].

Habitus de materia tenuiori alias xtromysex penitus tollantur.

In Dormitorijs, Refectorijs, Choro, Ires absq Caputio non incedant.

Sabbatina culpa omnino iuxta Constones, præsertim in Conuentibus Principalioribus obseruentur, specialiter vbi sunt Nouitiatus et Seminaria.

Equitatio restringatur iuxta Constones; in qua cum Junioribus præsque, sine grauj necessitate non dispensetur.

De clausuris Conuentuum vite custodiendis seruandum omnino Concilium Trident: vt nullatenus intra claustrum, cameras Superiorum, et officinas publicas Fœmina intromittantur.

Libri Magistrales omnino, exigantur, in quibus Fundationes Priuilegia, Erectiones Inuentaria Inscriptiones Contuum adnotentur: Idq fiat ante Capitulum sub priuatione Vocis Actiuæ et passiuæ.

Limites quæstuationum omnino seruentur sub pœna Carceris et disciplinæ publicæ Transgressoribus infligenda, et Eleemosynæ deperdendæ. Et quoniam de nouo accessit in Custodia Gnesnen Contus Posnanen, ideo limites eius per Admod Rndum Prem Magistrum Prouincialem Ministrum assignabuntur; tamen quo ad Comitiorum Swedens: um quæstuationem Contus Lubaven et Posnanien procedant alternatis vicibus

Hæc de mente Vndi Diffinitorij.

Ordinationes particulares ad Incrementum Observantiæ multum proficuæ ex occasione Visitationis Contuum descriptæ, ab Admod Rndo Pre Francisco Mielzynski Prt et S. T. Doctore Ministro Prouin ordinatæ, fundatæ super caput primum Regulæ tit. 5 Ss. Constonum nrarum vbi nanarum

Ex proprietationes subscriptæ vel ab R. Pre Prouin vel saltem Superiori habeantur in Depositio, quæ non sint sigillatæ, ne formam testamenti habeant; vbi etiam Eleemosynæ particulares per Superiorem et Depositarios fidelissime conseruentur, nec ad quemuis Contus usum, nisi pro necessitatibus illius, qui deposuit conuertantur: Et hoc sub pœnis priuationis ab Officio, et inhabilitatis in perpetuum: idq ad maledictum proprietatem Amsterdam. Si quis autem ex Subditis aliquam pecuniam penes se sine scitu Superioris vetinere ausus fuerit vel aliquid in exportatione non posuerit, vt proprietarius declaratur, et puniatur, iuxta nras Ssnor Constones: et Eleemosyna illarum Benefactorum Contus conuertatur.

Ex Rndmi Pris Gratis Ordinione speciali, per cuiuscunq status et conditionis Chorum et mensæ communem adesse teneantur quotidie, in quo a Superiori dispensari non possint

possint, nisi absentia vel infirmitas, vel negotium Contus Ivgens, vel aliquod Officium studiosum extraordinarium, pro honore Religionis, scilicet Actus publici, Disputationis, disputationis aut Concionis etiam excuset. Quod Iudicio prudentis & Discreti Superioris committitur.

Vel Expositionem Ssmi Sacramenti publicam in Altari, præsertim tempore Divini Officij, Sex Candelæ luceant, & sex Lampades; ad minimum quatuor Candelæ, et quatuor Lampades, Extra Divinum Officium cum non est tanta populi frequentia duæ Candelæ et duæ Lampades continuo ardeant. Item Lampas dum non est expositum Ss. Sacramentum die noctuq; semper ardeat

Ad effugiendam occasionem proprietatis Cotrix Pannorum communis pro Patribus & Fratribus omnino in quibuscunq; Conventibus fiat, cui solutio ex Conventu detur.

Decretum Neocomense Capituli de verbis scribus inviolabiliter servetur, quod fideliter extractum Actis Conventuum inserendum mandamus. Cuius tenor talis.

Quoniam ex Passione multorum multa mala ipconvenientia & lites, iurgia (quod absit) & rixæ inter Fratres eruituntur cum sine gravi scandalo Sæcularium, & Charitatis Fraternæ dispendio. Ideo ipsi Decreto in Capitulo Provinciali Neocomi celebrato decernimus, Ut Fratres qui ad Culpam saltim nutu ex Passione provocati contra Fratrem, sine facto aut Vulnere subsecuto solo nutu & voluntate insurrexerint, pœnam arceris, cuiuscunq; conditionis, gradus, qualitatis, & Præeminentiæ illi fuerint irremissibiliter per triennium cum aliis pœnis disciplinis scilicet gravissimis, in publico Refectionis loco gravissime puniantur. Si autem ad pugnam & ictum facultatis, sive minaciter, sive de facto baculo Fratrem etiam leviter percusserit, vel Anno arceri mancipetur. Si autem levissimæ culpæ, palma scilicet aut manu, seu irreverenti gestu, verbo offensivo contra Charitatem Fraternam peccaverit, ad Sex Menses arceri condictus duræ & testimoniis mancipabitur. Quod si aliquem ex Superioribus peccare contigerit, præter privationem vocis Activæ & Passivæ, Officii & Actuum omnium temporum, his omnibus pœnis supradictis subiacebunt. Additur præterea, ne circa Chordam ligatos habeant Cultros, vel Fratres cuiuscunq; gradus conditionis, qualitatis & præeminentiæ fuerint, sub pœna arceris per Septimanam cum disciplina publica. In quo oneramus Superiorum conscientias, Ut in his animadvertere & studio inquirere & si quis Fratrum deprehensus fuerit, serio & irremissibiliter agant, & delinquentes puniant.

Quoniam multis erroribus scatere literas Obedientiales tam confessarior quam Ordinariorum & aliorum non sine gravi Religionis rubore ante comperimus; ideo hic adjectas formas piissimus & Superiores præsertim Juniores obligamus Ut quam diligentissimam curam in scribendo adhibeant. Vel his Nostris Actis Conventuum inserendis Utantur.

Juxta sanctum Sacri concilij Tridentini, ubi sunt Monasteria, Confessarij Extraordinarij quatuor Vicibus in Anno per Superiores Locales concedantur.

Hæc ita Ut non solum memoriæ inhæreant, sed ad executionem per Superiores locales deducantur ad meritum Salutaris Obedientiæ quæ debemus Superioribus, & Ut ad Mensam in Refectorio bis per Mensem legi, atq; Actis Conventuum ingrossari curent.

Decretu contra percussores Fratrum vel Cultrum vel arma Neocomi constitutu

Cuncta & Actis Capitularibus excerpta, quæ Rectoribus Guardianis ad exactius regimen Fratrum et Conventuum, tam in spiritualibus quam temporalibus multum necessaria, ab iisdemq; inviolabiliter observanda Venerandum Definitorium in Capitulo Provinciali Cracoviæ mense Septembri Anno Dni 1666 celebrato decernit.

Finis.

1mum. Nullus Guardianorum, ignorantes pro Clericali statu ad Religionem admittat, nec alios quoduis sine expressa Licentia sibi concessa ab A. R. P. Provinciali, quâ obtentâ, præsentetur recipiendus; ac inducendus Patribus præcipuis ac insignioribus Conventûs, qui illum serio examinent, de honestate vitæ, morum, conversationis, Scientiâ sufficientia, et agnoscant personæ aptitudinem, quæ illam tali Statu demonstret dignam, quibus serio ponderatis. accedatur ad secreta suffragia, tanquam pro ea vel recipiendus vel reiiciendus. Caveant tamen, ne tales ad Religionem admittantur, qui ab aliis Religionibus fuerunt reiecti, vel a nostra aliquando repudiati.

2dum. Videntur serio Conventus huius Provinciæ valde premi obligationibus perpetuis missarum absolvendarum, quarum solutio tenuis est, attenta temporum barbarie, ac crescente rerum pretio, quod etsi decresceret, numquam parcit labori impenso: Ideo PP. Guardiani non velint missam cantatam perpetuam nisi pro uno imperiali, lectam vero pro uno floreno et medio.

3tium. Plurimum conducit saluti animarum Fratrum Religiosa mensura in expendendis Eleemosynis sibi a Superioribus concessis, ac in Erario ad hunc finem specialiter duertaxat deputato repositis, itaq; omnes Fres suas particulares Eleemosynas deponant in Erario, quarum quantitatem Superior localis omnino sciat, etsi aliquis notabilem velit extrahere quantitatem, id sine licentia Superioris localis non audeat, nec depositarius exhibeat.

4tum. Quodsi occurreret aliquis gravis Casus, qui non pateretur aliquem ex Fribus permanere in Conventu, sed omnino urgeret illum ab eodem removeri ob vitationem scandali, sive aliam instantem necessitatem. Pres Guardiani non audeant talem Frem expedire cum Obedientialibus ad Ministrum Provincialem, quem saepissime contingit esse remotum in magna distantia ab illo Conventu. Sed eosdem sua Custodia consulat proximiorem, quid in hac re sit agendum.

5tum. Ad compescendam multorum temerariorum Jnum insolentiam, qui Religiosa vitæ professi, Sanctum Deum et Regulam vivere nolunt, data sibi vel minima occasione, et saepissime nulla, sed ab ipsis inventibus, specie et dolore iniuriæ et persecutionis insupportabilis falso dejecti a Conventu aufugiunt: Patribus Guardianis præcipitur, ut Frem Apostatam profugum, vel vagum ad suum Conventus recurrentem mortificent iuxta Decreta SS. Constitutionum, patriq; eos affligant, quodsi secus fecerint, sciant se procerto graui in Constitutionibus in Caput tertium Regulæ expressas incursuros, quas transgredientibus Minister Provincialis inviolabiliter infligat.

6tum. Ad augendam inter Fres Divi Patris Nri Francisci et Fres Dei Dominia charitatem et excitandam populi devotionem, omnes Fres in festis semiduplicibus et festis,

in quibus

suffragia.

Suffragia SS: dici solent diant Commemorationem S. Dominici post suffragium S. Patris nri Sfranciſci

7mum Fratribus Subditis provisiones sibi concessas pro expediendis illorum necessitatibus absq; gravamine Conti, provideantur ex eorum provisionibus vel eleemosynis necessaria, attenta eorum quantitate, nec ullo modo audeant aggravare Conti, expostulantes sibi tribui necessaria, quod ex provisionibus ac eleemosynis eorum commode haberi possunt.

8vum Siquidem nostri Conventus notabile incurrunt damnum, ob solutionem integræ Contributionis RR. Visitatoribus exhibitam, quâ integrè acceptâ, aliam dari sibi exposcunt, cum magno Provinciæ præjudicio; ideo RR. Guardiani dent illis medietatem Contributionis illius eo casu, quo venirent ad nostram Provinciam.

9num Præcipitur RR. Guardianis ut nullo modo debita contrahant, vel aliquam rem Conti oppignorent, nec ex eleemosynis particularibus aliquid mutuent pro necessitatibus Conti absq; expresso Capituli Conventus Consensu, etsi id, hoc modo factum fuerit, in libro seu in Actis Conti adnotetur sub pœna talis pecuniæ, vel valoris eiusdem rei oppignoratæ in superiorem locum refundendi cum damno illius.

10mum Præter librum acceptarum et expensarum in unoquoq; Conu sit liber annexus, in quo proventus, quicunq; illi sint, sive frumenti, sive alterius fructuum describantur, introitus exitusq; adnotando, prout Constitutiones in Capite Regul: tit: 2. num: 20 de administratione bonorum temporalium adnotari præcipiunt. Inventarium itidem Conti in Libro proprio conscribatur.

Hæc pacta Conventui Warsaviæ in prima Visitatione formali a RR. P. M. Casimiro Biernacki Ministro Provinciali sunt stata per publicationem in Refectorio facta etiam Prov. Capitulo Generali proxime habito mense Maio A.D. 1667 sunt relicta. In quorum fidem datum in Conu nro Warsaviæ die 21 Januarii A.D. 1667

Fr Casimirus Biernacki
Minr Provincialis Prov.
Ord. Min. Con. S. Fr. mpp

Locus sigilli

Fr Antonius
Suwalski
Secretarius et Assistens Prov.
mpp

Ordinationes quædam Vnti Diffinitorii circa bona Provinciæ Polonæ gubernii in Capitulo Calissiensi celebrato sancitæ.

1. Vt Fratres Novitii ad Conventus in quibus annum probationis agunt Seculares vestes secum deferant.

2. Vt Concionatores principiantes chorum omnino frequentent

ac in

ac in patribus cond scribatur: Cognoscimus te Concionatorem exercitii gratia in Concionibus; quod etiam terebatur pro stare Concionatores illi qui non multis ab annis Concionati. Ab hoc tamen excipiuntur alii insigniores experti, quod discretioni R.R.P.P. Guardianorum Committit. Idem dic de Novellis Lectoribus.

3. Patres Guardiani serius Comitiis permittentes exteros in Nostris Ecclesiis Concionari, inscijs patribus Concionatoribus, non sine scandalo evenit, quod iudicioso vir facile aduertere potest.

4. Ne fiant reelectiones discretorum transacto die naturali, neque in hoc spatio diei naturalis pariter fieri possunt tres salutationes, sed tantum duæ. Diei autem naturalis spatium intelligendum est a media nocte vsque ad aliam mediam noctem iuxta Ecclesiæ horam; quamquam potest etiam aliunde sumi dies naturalis, scil. ab ortu solis ad alium ortum, & ab occidente ad alium occidentem, prout integra horologia sic sunt ordinata. Unde potest quomodo hoc in casu dies naturalis sumi, semper includens æqualiter viginti quatuor horas. Ordinarie tamen hæc acceptio diei naturalis primo modo intelligi debet.

5. Siquidem Conuentus Calissiensis mutuo dedit trecentos florenos pro expeditione R.R.P. Commissarii & Definitorii Capituli, idcirco Reverendi Definitorii decreuit singulos Conuentus in vim restitutionis Conuentui Calissiensi decem florenos contribuere debere.

Responsio Vrati Definitorii ad quosdam puncta in petitis Conuentus nostri contenta.

Moderni Conuentus inter alteras instantias in punctis contentas vbi Definitorium in Capitulo Calissiensi supplicauit quatenus V.P. Daniel Chrostkowski paternitate Conuentus istius gauderet. Huic instantiæ vbi Definitorium liberter annuit.

annuit, prouia tamen Salutatione & acceptatione Patrum de Gradu de familia manentia, quam approbatio A.R.P. Commissarii Gratis authoritate totius Vndi Diffinitorii subrequerit.

Ita Valerianus Grabowski Commissarius Generalis Prouincie Poloniæ Ord. Prædi Conv. S. Joan. mpp.

Locus Sigilli

Ita Remigius Grubski Secretarius affirmans mpp.

Complanatio Actorum Rndorum Patrum Magistrorum istius Prouinciæ Polo cum Actis Rdis Patribus Diffinitoribus non graduatis aliisq; item non graduatis Decretis Vndi Diffinitorij in Conuocatione Lelouiensi A. D. 1659. Die 6 Februarij, in Capitulo Cracouiensi A. D. 1666 Die 29. Septemb: ac in secunda Conuocatione Lelouiensi Anno Dñi 1671 Die 24 Januarij, occasione Præcedentia vigore Decreti à S. Congre: Eminen: S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium et Episcoporum præpositi, ad instantiam nonullorum Actorum Rdorum Patrum Magistrorum citra Consensum eiusdem Vndi Diffinitorij et Sectæ emanati, aliarumuè pretensionum ab vtrinq; suscitatarum, firmata, ex Actis Prouinciæ fideliter extracta.

In Nomine Dñi Amen.

Lelouiæ in Conuocatione Provinciali Controversiæ inter Patres Diffinitores

Actum in Conuentu Nostro Lelouiensi Die 16 Februarij Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo nono.

Nihil absq; consilio aggredi et determinate sapientissimè quicq; iudicarunt, Huic insistens Adm Rdus Pr Antonius Rokoszewic, Artium et S. T. D. per totam Poloniam Provincialis Minister, Consulendo quibusdam necessitatibus et indigentijs Prov: Curarunt ad prædictum Conventum

conuocaui per litteras citatorias patentes Adm R.R. P.P. Patres Prouinciæ naturales Adm R.R. P.P. Diffinitores perpetuos Temporaneos et Custodes, Eisq; negotia conuocationis sermone breui vt moris est pertractanda, exposuit. Et primam sessionem pro die sequenti intimata Dnica videlicet sexagesimæ circa horam decimam designauit futuram.

Sessio 1ma.

Congregatis Adm R.R. P.P. Diffinitoribus per sonum campanæ, ad locum diffinitionis, sacro prius Missæ sacrificio de S. Spiritu peracto, atq; eodem Diuino inuocato numine, cum pace et concordia primum inter omnia sub sole bona obtineant, sibiq; vendicent locum. Adm Rdus Pr Provalis, inprimis ad pacificandas et sedandas nonullas in Prua simultates accessit, propositq; negotium in causa precedentiæ inter Adm R.R. P.P. Magistros in Sta et diffinitores perpetuos.

Et quia fecerunt iam in principaliori Contu Graco: publicari literas Rsmi P. N. Generalis atq; declarationem Constitutionum Vrbanarum per S. Congregationem Epporum et Regularium factam, manu tenendo. Adm R.R.P.P. Magistros in precedentia, proposuit ergo P.P. Diffinitoribus perpetuis velint ne acceptare necne, et declarationem huiusmodi S. Congr: ad plenam executionem demandare.

Responderunt P.P. Diffinitores se cum omni submissione et debita pedibus S. R. Ecclæ reuerentia amplecti et acceptare decretum seu declarationem Constit. Vrbanarum, si et in quantum de iure obtentam. Nihilominus protestati sunt de nullitate executionis ex defectu partis non adcitatæ ad publicandū et alijs allegandis, et humiliter petierunt sibi extrahi copias declarationis per beneficium iuris. Quas Adm R. Pr Provincialis pro actore nemine contradicente concessit. Harum tenor et series eiusmodi.

Eminentissimi ac Reuerendissimi Dni.

Patres Minores Comitis Poloniæ, qui post suos labores in studijs, peruenerunt ad gradum Magisterij aduertentes se à Pribus simplicibus, qui non sunt Magistri, sed per gratiam obtinuerunt titulū, Diffinitorum perpetuorum, pro nunc ordine pertubato, à possessione precedentiæ arceri, quod est contra declarationem et formam illarū, Constitutionū Vrbanarū in Cap. 6 Regula P. 5s de Ordine precedendi Num. 17 fol. 320. vbi S. Theologiæ Magistri, alios similiter Sacræ Theologiæ Magistros iuxta

antianitatem prædecant, omnesq; cæteros qui Magistri non fuerint antecedant. Supplicant isti Sacrâ Congr: quatenus velit ordinare ri: gorosè, vt non solum obseruetur ad literam dicta Constitutis, sed etiá Oratores habeant præcedentiam supra dictos Frés, qui sunt per gra: tiam electi Diffinitores perpetui, sed in futurum non possunt fieri amplius quemadmodum ordinatur in ijsdem Constitutionibus in Cap.6 Regulæ P.3. de Paternitatibus folio 205. vbi Frés antea Provinciæ ex gratia nullatenus in posterum fiant. Quia sic ad executionem deductis S. Constitutionibus viuetur in pace et concordia Eminentiarumq; vestrarum perpetua obligatione.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Negotijs et Consultationibus Epporum et Regularium præposita attentis narratis in præmissis memora: tas Constitutiones Vrbanas Regulæ Ordinis eiusmodi sit de ordine præcedendi cap. 8. quoad præcedentiam Magistrorum inter se et cæteris eo gradu non insignitis, ac Tit. 3. de Paternitatibus Cap. 6. quoad Diffinitores perpetuos de cætero non creandos obseruandis esse. Censuit prout tenore decreti vigore obseruari omnino mandat et præcipit. Contrarijs non obstantibus quibuscunq. Romæ 12 Aprilis Anno 1655 M. Cardinalis Genettus.

Locus Sigilli

Fine ergo imposito Sessioni pro coronide Sessionem edam Adm R. Pr Provalis post meridiem circa horam 4tam insinuauit. Hic una Sessio finis

Sessio Secunda.

Conuocatis vt supra Adm RR. PP. Diffinitoribus ad locum diffinitionis Adm Rdus Pr Provalis prosequitur actum mane inceptú et sermone breui, Frés ad prosequendam admonet causam. Pum Adm RR PP. Diffinitores scripto respondent in hunc modum. Intelleximus ex copijs S. Congr: decreti seu declarationis per quosdam Min. Conventuales, et ibi Poloniæ obtenti rem esse arduam et magni momenti: Quæ quia concernit non tantum nos pro nunc existentes Diffinitores sed et in posterum creandos, ideò petimus tempus deliberationis ex beneficio iuris ad respondendú in proximè futuro Capitulo Provali nobis concedi. Interim enim informabimus S. Congregationem, quando quidè emanauit ad malam ptis actoreæ informationem hoc decretú. Hoc non obstante pars actorea petijt intentú suum, seu declarationem S. Congr: ad executionem deduci. Adm R. Pr Provalis iubet partes recedere solos Ados R.R. PP. Provæ naturalibus cum Secretario ex Consensu vtriusq; partis pro maturiùs discutiendo negotio remanentibus. Sed quia non potuit

rationibus hinc inde militantibus res totaliter accommodari, ideo auditis controversijs partium circa tempus deliberationis concedendum ad crastinum deliberat, sessionemq; eidem terminat et die sequenti futuram circa horam decimam intimat.

Sessio Tertia.

Deliberante iudice, Deo aspirante et singulari Adm R.R.P.P. Sum Prov naturalium nimirum Adm R. P. M. Francisci Marcinkowski. Adm R. P. M. Francisci Mielzynski S. T.D. Custodis et Guardiani Cracouiensis. Adm R. P. M. Ludouici Cichocki Guard: Petricou sollicitudine ac dexteritate stetit fraterna compoo, omnibus controversijs litibus factis aut fiendis in posterum amputatis et sopitis. Cum ergo conuocatis vt supra Adm R.R.P.P. Diffinitoribus ad locum predictum. Adm R. Pr Provalis intimat causam Executionem Etibus, sed pars vtraq; vnanimi voce et voto se iam recessisse ab omnibus controversijs declarat, instrumentumq; concordiæ presentat. Cuius tenor est talis. Post longam controversiam inter Adm R.R. PP. Magistros in Theologia et Diffinitores perpetuos Provæ Poloniæ in causa precedentiæ inter eos agitata, et considerando damna quæ ex talibus discordijs, et bona quæ ex fraterna mutuaq; charitate oriri possint, pensatis etiam Adm RR. PP. Diffinitorum meritis ad charitatiuam et fraternam compositionem ventum est. Ex conuentione et consensu partium, vbi omnes Adm R.R.P.P. Magistri: Adm R.R.PP. Diffinitoribus perpetuis duobus, sc. Adm R.P. Ignatio Opoinovski Guardo S. Annæ, et Adm R.P. Bonauenturæ Kaczkowski Contis Crac: Sacristæ in Capitulis et Conuocationibus in processionibus et Sessionibus tam publicis quam priuatis precedentiam tantum concedunt, duobus vero sc. Adm R.P. Adamo Soikowski Guardo Varsau. et Adm R.P. Alberto Zawadio Guard: Posnan et alijs in futurum creandis, tam ex vna quam altera parte dicta non seruiat precedentia. Et quoniam declaratio S. Congr. adiungit particulam de amplius non creandis PP. Diffinitoribus perpetuis ex gratia, ne subiectis benemeritis de Religione et Provæ ex vtraq; parte per hoc punctum ad actus heroicos, et postmodum emeritas dignitates obtinendas precludatur via, reponitur hoc in manibus vtr Diffinitorij, vt amplius non ex gratia, sed consideratis meritis et laboribus dicta fiat promotio ad Diffinitoratus perpetuos, idq; per vota secreta, non obstante vno et altero voto contradicente, pari quoq; passu ne minus habita subiecta ad gradum Magisterij cum grauamine Provæ non sine religionis dishonore promouenti statuitur, vt nullus ad studia in Italiam siue extra suam Provam natiuam, nisi per secreta suffra-

gia consideratis qualitatibus subiecti promoueatur, vno et altero voto negatiuo in sup non obstante. Qui sup per viam Collegij Laureæ assequi voluerit, ad v. Diffinitorium unum supplicatorijs recurrere debebit, vt ipsi facultas et commendatorias Rndessimo Pri Generali pleno itidem Diffinitorio per vota secreta consentiente, vt supra non obstante vno et altero voto negatiuo concedatur. Quod etiam ad quoscunq; alios gradus in religione tam Bacalaureorum S.P. qm discretorum perpetuorum, Concionatorum Gnalium et similium extendi volumus. Si quis verò alia via præterquam suprascripta qualescunq; gradus in Pria consequi præsumpserit pro tali nullo modo recipiatur. Quod si aliquis ex vna et altera parte hac in causa lites mouere ausus fuerit, pro turbatore pacis in Pria censeatur, et pœnis in Canonibus et S. Constitutionibus Vrbanis præscriptis subiaceat. Vndè præsenti Sessione et compositione prædicta extinguitur, mortificantur, annihilantur, omnes protestationes reprotestationes tam ab vna quàm altera parte hanc causam Qcedentes. Ad hæc omnia prædicta puncta, vt omnes lites et discordiarum occasiones in perpetuum sopiantur, et charitas fraterna inter uerus D.P. Francisci filios foueatur, non tantùm pro cautione Admi R.R.P.P. Magistri Qntes et Admi R.R.PP. Diffinitores perpetui ad Qsens existentes, sed et alij omnes Admi R.R.P. Magistri in futuro Capitulo Proatis sese subscribere tenebũtur, vt autem præsens instrumentũ perpetuæ firmitatis habeat robur supplicandũ censet v. Diffinitorium Rmo Pri Gnali, quatenus sua authoritate totum hoc firmare dignetur. Atq; pro maiori securitate sub prædictis consensum S. Congr: obtinere non grauetur quod pro executione Admi R. P. Proalis, v. Diffinitorium conflitit.

Fr Antonius Rokoszewic Minr Proalis Colonis mppa
Fr Franciscus Marcinkowski Pr Proæ mppa
Fr Franciscus Miebrynski Pr Proæ Custos et Guardianus Crac: mppa.
Fr Ludouicus Cichocki Pr Proæ Guardianus Petricouien mppa
Fr Ignatius Opoiowski Diffinitor et Guard: S. Annæ mppa
Fr Bonauentura Kaczkowski Diffinitor mppa
Fr Antonius Mr Chodowicz Diffinitor Proæ mppa
Fr Ludouicus Mr Starkowicz Diffinitor Proæ mppa
Fr Mr Seuerinus Lasocki Diffinitor Proæ mppa
Fr Adrianus Meynycis Scotus Mr mppa
Fr Franciscus Buzessa Mr et Pœnitentiarius Eccłæ Cathedr: Crac: mppa
Fr Ferdinandus Delpacy Guardianus Checinen mppa
Fr Adamus Szczowski Diffinitor Proæ Guard: Varcien mppa
Fr Albertus Zauadius Diffinitor Proæ mppa

Fr Acursius Czachorowski Diffinitor Prou mpria
Fr Casimirus Leonartowicz Diffinitor Prou mpria
Fr Bonauentura Budecij Custos Gnesnensis mpria
Fr Ludouicus Prusinowicz Custos et Guardianus mpria

Actum in Conu Cracouiæ Die 29 Septemb. Anno Dñi 1666 in Capitulo Proali.

Sessio quinta.

Die 29 absoluto Sacro Missæ Sacrificio, datoq; signo campanæ Adm RR. LL. Diffinitores congregati sunt et facta est propositio vatione Concordiæ inter Frés Magistros et non Graduatos Frés, vt non graduati possint gaudere Diffinitoriatu perpetuo, quorum intentioni obstiterunt Adm R. Frés Magistri, et impetrarunt super hoc Decretò S. Congregationis, quod negotium vt pacificaretur reassumitur transactio et vndi Diffinitorij determinatio Conuocationis Lelouiæ et Iunniuladisla. super qr in Capitulo præsenti omnes Frés Magistri consensere, vt instantia Pvum Magistrorũ per literas ad Rndissimum Prem Gnalem (et si opus fuerit) ad Sacram Congregationem fiat, hoc adiecto, quod etiam et Adm R. Frés Magistri si œconomia bene tractauerint, et aliquam structuram notabilem Ecclæ vel Conuis erexerint eandem viam habebunt prævia cognitione v. Diffinitorij.

Cracouiæ in Capitulo Proali Conventus Leopoliensis Diffinitorium pro Patribus

